ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

LIBRI XXXVIII ET XXXIX.

QVIBVS IVRIS CIVILIS TITVLI XXXI tutelas, curationes & teſtamenta continentes, veterum Græcorum Iuriſconſultorum ſcholijs explicantur.

IAC. CVIACIO IC. INTERPRETE.

Ex eiuſdem Autographo CAROLVS LABBÆVS *nunc primum edidit & recenſuit.*



PARISIIS,

EX OFFICINA NIVELLIANA,

Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, via Iacobæa, ſub Ciconijs.

M. DC. IX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





Integerrimo amplissimoque viro,

D. PETRO IANNINIO
SANCTIORIS INTIMIQVE
CONSESSVS CHRISTIANISSIMI
Regis Consiliario, & Senatus Diuionensis Præsidi;

CAROLVS LABBÆVS S. D.



VRIS auctores celeberrimi (vir Illustrissime) Paulus & Vlpianus olim scripserunt, interdictum de liberis exhibendis officij tuendi, seu libertatis tuendæ causa tanquam publicum omnibus competere; ne liberi homines a quoquam retinerentur: pari ratione nunc quiuis bonarum scientiarum studiosus recte dixerit, interdicto de libris exhibendis quasi publico, vnumquemque agere posse; ne libri, meliores partes meliorum hominum, supprimantur & opprimantur. Quapropter statim atque in manus meas venerunt hi duo libri Basilicῶn XXXVIII & XXXIX a Clariss. nostro IAC. CVIACIO receptæ auctoritatis Iurisconsulto Latini facti, eos exhibere & in publicum producere decreui, mihique legem quam quiuis alter diceret, imposui. Vtinam is ad quem primum Auctoris schedæ peruenerunt, eandem legem sibi proposuisset. tres libri sequentes, XL nempe, XLI & XLII, quorum indicem tantum titulorum inuenimus, & vt inuenimus, edemus, non perijssent: & extra secretum habuisset respublica hos omnes libros, quos maximus ille vir, ipsius bono natus, cum LX librum ederet, promisit his verbis; *Sed, vt hac mittamus, pene præterieram maximo hunc librum vsui fore non Digestis modo, sed etiam Codici redintegrando innumeris constitutionibus mutilato, ex quibus & alias plerasq., nisi Ant. Augustinus properet edere, diutius inclusas manere non patiar; opta-*

rim certe magis, vt hanc prouinciam doctissimus Augustinus susciperet, a quo quidquid proficiscitur, scimus & fatemur libenter esse purius splendidiusq́. Suppeditarunt vero illas nobis alij Βασιλικῶν *libri, e quibus mihi nunc sunt in manibus* XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. *commendati beneficio clarissimi & prudentissimi viri Viglij Zuichenij, cui præ cæteris tanto magis debent studiosi, quanto maiores sunt illi qui in tantis superioris æui tenebris clarum lumen prætulerunt ijs qui de eo suum deinde lumen accenderunt.* Cumprimum autem in lucem venerunt, volente me, qui adserui, te patronum agnouerunt. nec sine causa: ex morte namque parentis non tantum discrimen adierunt, quantum ex te gloriæ consequentur; ea siquidem est ingenij tui celsitudo, vt omnia tanquam singula absoluas, vt omnes, qui aliquid in studijs faciunt, aut fecerunt, venerari, ipsorumque opera mirari soleas, foueas, & prouehas, omnium exemplum, ipsarum denique scientiarum iam senescentium reductor atque commendator. Nihil volo elatius de te apud te dicere, ne in prædicatione laudum tuarum modum excedam; licet nimium esse non possit, quod maximum esse debet. Hoc vnum a te peto, vt horum librorum patrocinium libenter suscipias, & me illorum assertorem, ea, qua soles, beneuolentia semper excipias. Vale. Lutetiæ Parisiorum. X. Kal. Septemb. CIↃ. IↃ. CVIII.

F.

INDEX TITVLORVM QVI BASILICON LIBRIS XXXVIII. XXXIX. XL. XLI. XLII. continentur & explicantur.

LIB. XXXVIII.

LIB. XXXIX.

LIB. XL.

LIB. XLI.

LIB. XLII.

SVMMA PRIVILEGII.



ENRICI IV. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate cautum est, ne quis in suo Regno, aliisve locis ditioni suæ subiectis, intra proximos annos sex, a die impressionis perfectæ prima inchoandos, excudat, vendat, excudendum vendendumque quouis modo, ac ratione conetur librum, qui inscribitur, BASILICON LIBRI XXXVIII. XXXIX. IACOBO CVIACIO I. C. INTERPRETE, *præter* SEBASTIANVM CRAMOISY; *aut illos quibus ipse concesserit, sub pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis. Lutetiæ Parisiorum.* 20. *Iunij.* 1608.

POTIER.





ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

LIB. XXXVIII.

TITVLVS I.

De excusatione iusta tutorum & curatorum.

MODESTINI.

1. LIBERTINIS pueris tutores sunt libertini non ingenui, nisi sit eo loco penuria libertinorum. Ingenuus vero datus, nec intra constituta tempora allegans hanc excusationem, tenetur.

2. IDEM. Curator datus sponsæ suæ [a] excusatur. Qui [b] cum a magistratu curator datur, impleuit lxx. annos, excusationem habet [c]: quod si testamento detur, tempore aditionis hereditatis oportet eum implesse lxx. annos, aut tempore impletæ conditionis [d] tutelæ: probatur autem ætas ex liberorum professionibus [e] & alijs probationibus. [f] Is etiam qui plures liberos legitimos [g] habet dationis tempore, etiam si non sint in potestate, excusatur, siue ex testamento, siue aliter vocetur ad curationem, neque vero qui ante dationem moriuntur, prosunt, neque qui postea, nocent. Qui est in vtero [h] patri non prodest ad excusationem tutelæ, vel muneris alterius. Et filiæ & nepotes ex filio iam ante defuncto prosunt, qui omnes in locum vnius defuncti patris numerantur. Liberorum [i] enim mentionem faciens etiam nepotes significat. Qui post creationem nascuntur [k] non prosunt. Qui tres curas administrat non vocatur ad quartam.

3. VLPIANI. Qui trium fratrum tutor vel curator est habentium indiuisum [l] patrimonium, vnam tutelam habere videtur, etiam si quibusdam tutor, quibusdam curator datus sit.

a CYRILLI. Sponsus sponsæ curator ne sit, sed & datus excusetur. INNOMINATI. Curator datus vxori suæ se excusare potest, licet immiscuerit se, vt Inst. 1. tit. 25. in 4. autem & 20. Constitutione 62. tit. 5. libri, vult omnino curatorem constitutum nurui vel vxori suæ excusari, ne infamia notetur. Sed neque furiosæ vxoris curam maritus gerit, vt tit. 10. huius libri digest. 14.

b Qui lxx. annos impleuerunt, excusationem habent tutelæ & curæ: implesse autem eos oportet lxx. annos eo tempore quo a magistratu tutores creantur, vel si testamento dentur,

A

tempore aditionis hereditatis, & si sub conditione scribatur heres, tempore existentis conditionis.

c INNOMINATI. Dicitur de ijs lib. 5. Codicis tit. 66. 67. 69.

d Nosti testameoto posse dari sub conditione, vt lib. 26. tit. 2. dig. 8. 11. non etiam a magistratu, vt tit. 1. eiusdem lib. dig. 3.

e Vt cum patres describuotur eo ipso tempore quo nascuntur liberi.

f De probatione ætatis, lege lib. 22. tit. 5. dig. 16.

g Romæ tres, io Italia quatuor, in prouincijs quioque, vt Iostit. 1. tit. 25. & lib. 5. Codicis tit. 66. Adoptiui autem non adoptatori, sed naturali prosunt, vt in eodem tit. 25. Instit. 1. & in moneribus ait adoptiuos non prodesse, lib. 50. tit. 5. dig. 2. & io testameotis noo excludunt quamlibet conditiooem, vt lib. 31. dig. 52. & lib. 35. tit. 1. dig. 76. CALOCYRII. Si tutori vel curatori dato supersit statutus liberorum numerus, ad excusationem dationis tempore, etiam si postea is deficiat, non nocet, siue non compellit eum, qui datus est, ad tutelam curamve suscipiendam.

h Io quibus enim sibi & non alij prodest, pro nato habetur, vt lib. 1. tit. 5. dig. 5. & lib. 50. tit. 16. dig. 231. Quod si pater vel ætate vel numero liberorum excusetur, liberi agnoscunt competentia sibi munera, vt cum ratiooe ostenditur lib. 50. tit. 4. dig. 3. Generaliter de ijs excusationibus, lege lib. 10. Codicis tit. 41.

i De filij & liberi appellatiooe lege lib. 26. tit. 2. dig. 6.

k Iotra tempora quibus exerceri excusatio debet, simile dig. 29.

l Nam si id diuiserint, diuersę curationes intelliguntur, vt in fi. 35. dig. nec alter alteri prodest.

MODEST. Qui[m] duas tutelas habet, & a tertia appellauit[n], pen-
dente áppellatione non vocatur ad quarram. Si pater[o] tres curas 4.
habear, ad aliam filius non vocatur, & e contrario. Quod si hic ha-
beat duas, ille vnam, neuter eorum ad aliam vocarur, si inter se
versentur eadem domo. Er onus filijf. non tantùm patri, sed etiam
fratri, qui in eiusdem patris potestare est, prodest.

VLP. Tunc tutela vel cura, quam filius gerit, patri prodest, cum
periculum ad eum pertinet[p], quia voluntate eius administrat. 5.

MODEST. Si duas[q] tutelas habens alijs duabus oneretur, a quar-
ta excusatur, licet ptinceps eam deferat, vtique si id fiat antequam 6.
principis iussionem cognouerit. Sed si de tertia ignorans quartam
suscipiat, a tertia excusatur. Quod[r] si duæ simul deferantur, non ip-
se, sed is qui dedit, eliget quam suscipere eum oporteat. Gramma-
tici, Sophistæ, Rhetores, Medici, & Circulatores tutelis & alijs mu-
neribus excusantur. Habent autem minores ciuitates immunes Me-
dicos quinque, Sophistas tres, Grammaticos tres: Maiores, Medi-
cos septem, Magistros quatuor Latinos & Græcos, & quatuor So-
phistas. Maximæ vero, Medicos x. Grammaticos v. Sophistas toti-
dem; & hunc numerum excedere non licet, minuere licet. Maiores
ciuitates dicuntur Metropoles prouinciarum; magnæ, quæ jus fori
habent; minores, reliquæ[s]. Philosophi[t] etiam a rutelis[u] excusantur,
non a pecuniarijs[x] muneribus, si locupletes sint. Hi vero omnes im-
munitatem habent Gymnasiarchiæ, curationis annonæ, Sacerdotij,[y]
hospitum receptionis, frumenti aut olei emendi curæ, & indicatio-
nis[z] vel legarionis, vel militiæ[a] & ministerij prouincialis, & aliorum
munerum. Qui[b] in aliena ciuitate docet, vel medetur, immunitatem
non habet, nisi sint valde insignes: ij namque & supra numerum im-
munitarem habenr. Excusanrur & qui Romæ docent cum salario,
vel sine salario. Roma enim est communis patria. Et soli ij qui Ro-

mæ leges

mæ leges [c] interpretantur, excusationem habent.

m Si quis duas tutelas administrans, ad tertiam vocatus appellauerit, & pendente appellationis causa ad quartam tutelam vocetur; vtrum potest tertiam allegare excusationis causa, an non potest cum nondum ea oneratus sit. & extat Constitutio quæ vult non trahi ad quartam tutelam eum qui de tertia appellauit, sed expectare debere terminum, & sententiam causæ appellationis, vt si obtinuerit in causa appellationis, atque ita vitauerit tertiam tutelam, condemnetur ad quartam. nam si quarta eum onerauerimus, & in causa appellationis eum vinci contingat, sic inuenietur quatuor tutelas simul administrans.

n Pone non suscepta excusatione, eum appellasse. alioquin non debet appellare, vt dig.14. & Inst.1.tit.25.lege vlt.tit.16.dig.& 1.dig.18.& totum 32.dig.

o Si pater alicuius, vel filius eius, vel frater, qui in eiusdem potestate est, tres tutelas gerant, quarum periculum pertineat ad patrem, quia voluntate eius administrant tutelas, omnibus excusatio competit. Sed si periculum tutelarum quas filius administrat, non pertineat ad patrem, non prosunt ei ad excusationem tutelæ, quarum oon agnoscit periculum.

p Lege lib. 26. tit. 1. dig.7. quando periculum subeat.

q CYRILLI. Si js qui duas habet tutelas duabus alijs oneretur, tertia iuuabit eum in hoc, vt non suscipiat quartam, tametsi princeps eam deferat, si modo fuerit prius delata tertia. quod si duabus simul oneretur, in arbitrio est creantis qualem ei deferri oporteat.

r Nota, ea quæ fiunt eadem die, nullum inter se discrimen habere. simile lib.20.tit.1.dig.10. 16. Inducitur tamen discrimen lib. 24. tit.1. dig. 67.

ſ Sunt vero & oppida, vt lib.25.tit.3.dig.2.

t Similiter Philosophos subire munera patrimonialia, lib.10.Codicis, tit. 42. Const. 6. quæ
4. non adjicit, si locupletes sint. Lege eiusdem libri tit.53.Const.8.Lege & de Philosophis lib.50. tit.4.finem, & 8.dig.5.tit. De Nauicularijs quære c.76.& 18.finem. quære & c.16.tit.4. De Librarijs & Calculatoribus & Ponderatoribus. quære c.16.tit.13. & 23.& c. 21. tit.1. quære c.42. tit.2. quære c.47.

u Nam tutela & cura personale munus est, vt lib.50. tit.4. dig.1.18. vbi notas exponit patrimonialium & personalium & mistorum.

x Qualia sunt milites suscipere, equos curules alere, vt lib.54. tit.2.c.15.16 17.18.

y Sacerdotium ciuile est munus, vt lib.50. tit.4. dig.17. & tit 12. dig.11. & lib.48. tit.14.dig.1. Sacerdotium vero est & Phœnicarchia & Syriarchia, vt lib.5. Codicis tit.27. Const. 1. Titulus autem 36.lib.1.meminit Alytarchias & Syriarchias.

5. z Iudicandi ciuile munus est, vt lib. 5. tit.1. dig.78. & qui excusationem non habet, iudicare cogitur, vt lib.50.tit.5.dig 13.quod & integrum lege.

6. a In 4. dig. 16.tit. 49. lib. ait plerumque hodie non inuitos, sed volentes homines militare. Olim vero qui detrectabant militiam, vt proditores libertatis in seruitutem redigebantur. Et eodem digesto, eum qui filium debilitauit delectus tempore, vt inhabilis sit deportari. In dig. autem 18. tit.4. lib.50. ait ad possessiones & patrimonia referri præbitionem corporum militarium. similiter lib.11. tit.75. dig.3.& 53.Const.tit.7.4.lib.significat inuitos militare.

b Illud scire nos oportet, hos omnes habere immunitatem, si in sua patria doceant, vel medendi artem exerceant. Is vero qui in aliena ciuitate docet, cum sit alterius ciuitatis, vel medetur, in sua ciuitate immunitatem non habet. At valde insignes Medici & Professores, & in aliena patria docentes, vel medendi artem exercentes, etiam supra numerum Constitutionis Pij, immunitatem habent. Et Sophista qui Romæ est, vel Medicus, siue accipiat annonas e publico, siue non, excusationem habet, ac si in sua ciuitate doceret. Quia enim Roma communis omnium patria est, & existimatur esse, merito qui in ea docet vel medetur, vt in sua patria excusationem habet.

c Nec enim licet io alia ciuitate leges interpretari, prætetquam in vtraque Roma & Beryto: quod qui non seruat & alibi iura tradit, multatur duabus libris auri, vel ciuitate illa relegatur, in qua docuit, vt in Iustiniani Constitutione quæ præcedit τὰ πρῶτα.

7. VLP. Qui certaminibus coronati sunt [a], & Sacerdotes [b] prouinciarum, hoc est Asiarchæ & reliqui [c] quamdiu hoc honore funguntur, vacationem habent. Tutelæ munus neque publicum, [d] neque prouinciale est, sed ciuile. Magistratus [e] municipales tutela excusantur. Et is qui inimicitias capitales habuit cum patre pupilli, nisi testamento datus sit bona mente [f], & dationem præcesserint inimicitiæ. Et is qui pupillo bona fide [g] infert quæstio-
8. nem status. Et pauper & rusticus, & illiteratus negotiorum expers [h].

Et qui ob paupertatem non potest ferre onus tutelæ. 9.

MODEST. Qui honeste militiam impleuit perpetuo excusatur tutela paganorum, & nepotum conueterani. Filiorum vero intra annum missionis non postea, nisi etiam excusationem habeat. Qui ignominiose [i] missus est, non habet excusationem, neque is qui ob senectutem militia solutus est, liberorum eius tutelam gerit. Qui xx. annos in militia fecit, similis est ei qui militiam impleuit. Qui vero intra annos quinque [k] dimittitur, vacationem non habet. At qui post annos quinque vacationem habet tutelæ, & aliorum ciuilium munerum intra annum, qui post annos octo, biennij, qui post xij. triennij, qui post xvj. quadriennij, qui post xx. perpetuo. Qui inter vigiles Romæ militiam impleuit, vel qui ob morbum [l] dimissus est, anni excusationem habet, non etiam si ignominiose dimissus sit. Conueterani [m] dicuntur & qui in diuersis legionibus militiam impleuerunt. Vnde & qui in numero impleuit militiam, tutelam gerit liberorum eius, qui inter vigiles fuerit. Non tantum vero tutelam, sed & curam gerere liberorum conueterani [n] cogitur. Ignominia missus, Romæ [o] tutelam non gerit, quia nec ingredi eam potest. Is qui Romæ [p] militauit, licet ante xx. annos mittatur, perpetuo excusatur. Duas [q] eodem tempore curationes veteranus administrare non cogitur. Nihil interest filius veterani egeat curatore vt pupillus [r], an vt emancipatus. Primipilarij [s] tutelam gerere coguntur liberorum, tantum eorum qui primipilum exegerunt.

VLP. Qui factus est Romæ cohortium prætorianarum tribunus, nec liberorum commilitonum tutelam gerit. Absens Reip. causa, reuersus [t] ad nouum munus anni excusationem habet. Pristinum vero munus recipit statim. Annus computatur continuo [u] ex quo quis recta via [x] reuerti potuit. Testamentarius tutor [y] intra præfinitum tempus recte excusat se administratione rerum quæ in alia prouincia sunt. Ex primipilarijs, si cœpta administratione tutelæ rursus fiat primipilatis, deponit [z] tutelam. In locum [a] eorum qui excusant se ad tempus cœpta tutela, qualis est qui abest, adsidendi [b] causa [c] curator datur. In locum [d] minoris lege vel testamento tutoris dati, curator interim datur, & in locum eius qui propter morbum [e] res suas administrare non potest, & in locum furiosi. 11.

PAVLI. Hic vero non tantum nouæ tutelæ excusationem habet, sed & cœptam deponit. Pro qualitate autem morbi, vel ad tempus, vel in perpetuum liberatur. 12.

MODEST. Furor vero temporarius non liberat perpetuo: ideoque curator interim datur. Qui iussu principis migrat [f] in aliam ciuitatem, cœptam tutelam deponit omnino, si modo eum tutorem esse princeps scierit, & palam in iussione migrationis & tutelæ mentionem fecerit. 13.

a Quod de coronatis intelligitur, secundum id quod dicitur lib. 10. Codicis, tit. 54.

b Qui dicitur Phœnicarches, vel Syriarches, & ijs similes, quamdiu eum honorem administrant, immunitatem habent.

c Hoc est Alytarchæ & Syriarchæ quorum meminit 36.tit 1.lib.Codicis,& 2.Constit.78 tit. 11.lib. De Sacerdote autem & Sacerdotio, quæ sint ciuilia munera, lege lib. 48. tit. 14. dig.1. & lib. 50. tit. 4. dig. 17. & tit. 5. dig. 8. & tit.12. dig. 11. & 1. Const.27. tit. 5. lib. Codicis. memineris perfectissimorum & Sacerdotum, hoc est Phœnicarcharum & Syriarcharum.

d In 9.dig. 6 tit. 1.lib. ait in publicis filiumf. vt patremfam. haberi, [illegible] magistratus a[illegible]telæ administratione. & lib.5. tit.6. dig. 3. separat tutelam a personalibus muneribus, dicens, Maior lxx. annis tutelarum & personalium munerum vacationem habet. At dig. 16. dicitur vacationem ciuilium, vel publicorum munerum non tribuere vacationem tutelæ, & dig. 18. In 9. autem dig. 6.tit. 50.lib. dumtaxat munus tutelam esse, in 1. dig. tit.4. lib. 50. id personale dicit, & in 18. ciuile.

e Lege dig.18. & 24. Magistratum enim municipalem recte dari a collega, etiam si suo periculo nominauerit contutorem, didicisti lib.26. tit.5. dig.19. 28.

f Et non vt negotijs implicetur tutelam gerendo.

g INNOM. Fortasse enim vt effugeret curationem cum pupillo agere simulauit. Ex No. autem nullus qualemcumque litem habens cum pupillo eius curam gerit, nisi mater & auia.

h Tunc illiteratus tutela liberatur cum rerum est expers. Et paupertas tunc tutela liberat, cum paupertas obstat quominus possit ferre onus tutelæ: quod probare debet.

i Vt quis ignominiose soluatur militia, didicisti lib.3. tit.2.

k Didicisti lib. 3. tit. 2. dig. 2. quosdam etiam ante impletam militiam honeste solui a principe.

l Ob morbum animi vel corporis, vt didicimus lib. 12. Codicis, tit. 35. Const. 6. In 8. autem Const. eiusdem tituli dicitur eandem non esse ignominiosam, nec tamen honestam: quod quemadmodum fiat in eadem 6. Constit. disces.

m Quia & veterani conueteranorum tutelam gerunt, conueteranus creditur esse, non tantum qui in eadem legione militauit, sed & qui vbicumque militauit. Nam & legionarius filiorum eius, qui inter vigiles militauit, tutor fit. Et militi minori xxv. annis recte veteranus curator datur, siue minoris pater defunctus sit, siue eo superstite sui iuris factus sit. CVR. Milites dicuntur & qui in diuersis numeris militant. Militi recte veteranus curator datur.

n Et liberorum militis, vt lib.5. Codicis tit. 65. Const. 2.

o Neque in alia ciuitate per quam transit princeps, vt lib.3. tit.2. dig.2.

p De ijs qui Romæ militant, lege lib.4. tit.6. dig.6. 7.

1. q Vtrum autem veterani vnam tantum, & semel tutelam liberorum conueteranorum ad-
ministrare, an finita prima tutela, & secundam suscipere cogantur, sicut & pagani tutela-
rum iam finitarum nomine non vtuntur excusatione. Et hoc magis placuit, duas eodem tem-
pore tutelas gerere veteranum non cogi; finita autem vna, nihil obstare quominus trahatur
ad tutelam vel curationem alteram.

r Hoc est si manserit in potestate patris vsque ad eius mortem, lege 3. tit. seq. dig.

s De primipilarijs tractat, tit.57. lib.12. Codicis.

t Similiter Inst. 1. tit.25. & lib.5. Codicis, tit.64. Const.2. Lege huius tit. dig.45.

u Iter facientibus xx. milia definita sunt in dies singulos. Et quæ post xx. supersunt, integrum diem occupant. Vnde si erant c. milia, ob c. dantur dies v. & ob vnum milium dies vnus. Hunc vero modum obtinere dicimus, nisi inter aliquos de die conuenerit, qua confici iter oporteat, vt lib.50. tit.16. dig.3. & lib.2. tit 11. dig.1. Lege & huius tit. dig.14.

x Non per circuitionem quandam dum studet protelare iter. Quære c. 63. & 20. & 51. & 47. & tit. 8. c. 1. tit. 11.

y Quod si non se excusauerit, ipse rem vtramque administrabit, vt dig.4. huius tit. & tit. 9. dig. 5. Lege & 36. tit. huius libri.

z Sunt & alij qui cœptam tutelam deserunt. ait enim dig. 13. furiosum non solum nouæ tu-
telæ excusationem habere, sed & cœptam deponere. & eod. dig. eum qui iussu principis
2. migrauit cœptam omnino deponere, cum distinctione, & dig. 15. priuatum curam gerentem
eius qui neque senator, neque in alia dignitate positus sit, senatorem postea factum, omni
modo absolui cura, nisi puer cuius curam gerit senatorius sit. & dig. 41. post susceptam tute-
lam furiosum, cœcum, surdum, mutum, valetudinarium absolui. At lib. 4. tit. 4. dig. 11. ait
3. eos tantum post cœptam administrationem excusari qui absuturi sunt trans mare Reip. causa;
vel qui circa principem occupati sunt. De eo qui est circa principem tractatur circa 31. dig.
huius tit. De ijs qui vere absunt. Reip. causa, tractatur lib.4. tit.3. dig. 5. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39.
43. 46. & lib.50. tit.6. dig.5.

a Lege lib.26. tit.1. dig.12. & tit.5. dig.15. & 16.

b Quod ergo dicitur dig. 42. huius tit. ita intelligi debet, vt non omnino liberetur, sed ad tempus curator detur. Ibi enim dicitur susceptam eum non deponere.

c Si vero quamdiu abest, vel cum absuturus est, deferatur ei noua cura, omoimodo excusatur, vt dig. 42. tit. 2. vbi ait de qoibus hoc intelligendum sit.

d GYR. Si minor vocatus sit ad tutelam testamenti, vel cognationis iure, quamdiu non erit perfectæ ætatis, alius in locum eius dabitur.

e Memineris 11. Const. 1. tit. 26. lib. & lege 12. in quo ait curatorem in locum furiosi dari. De morbo aotem perpetuo lege lib. 5. Codicis tit. 68.

f De ijs qui migrant, lege pulcherrimam legem lib. 10. Codicis tit. 1. Const. 4.

IDEM. Curatores appellare non oportet, sed excusationes intra constituta tempora proponere, & aduersus sententiam eas excludentem appellare. Habet autem quis ad allegandas competentes excusationes totius curæ, vel partis eius [a] siquidem in eadem ciuitate sit, vel intra centesimum miliarium [b], dies 2. si vltra centesimum miliarium xx. milia in dies singulos [c], & præterea dies xxx. ad allegationem excusationum, ita vt computatis itineris diebus, & illis diebus xxx. habere possit plus quam 2. dies non tamen minus [d]. Numerantur autem ex quo se datum cognouerit, quod ei significari debet a magistratibus [e] vel coram vel domi suæ. Qui vero non seruat constitutum tempus, tenetur, nisi inutilis datio fuerit, vt si cum esset alterius ciuitatis ciuis, tutor datus fuerit, & licet veniens post constitutum tempus dimittatur, obligatus manet, nec tenet datio eius qui in illius locum tutor datus est. Denique constituto tempore nisi veniat, & dixerit speciem excusationis, vel quascumque allegationes habet pro tribunali, vel per libellum [f] de plano, similis est ei qui non venit. At ignoscitur ei qui iusta ex causa abest. Si is qui tutorem dedit [g] non habuerit impuberem in potestate, vel non fuerit competens iudex, vt si non ciuem vel incolam [h] dedit, aut si ei dedit cui non debet dari, & neque is administrauerit, neque confirmatus fuerit, non tenetur, nec necesse habet venire & se excusare. 14.

MODEST. In tractatu tutorum [i] liberti impubetis, sunt non solum paterni, sed & materni, & liberi patroni non solum qui sunt primi gradus, sed & omnes deinceps vtriusque sexus. Similis [k] alijs libertis in tutelis non est is qui sua pecunia [l] emptus est. Si plures [m] sint liberti, vnus tutelam gerit, & tres tutelæ ei excusationem non præbent. 15.

IDEM. Spado [n] non habet excusationem, nec qui patri promisit se filiorum eius tutelam administraturum, licet alleget excusationem. Senator [o] & inferiorum & maiorum senatorum tutelam gerit. Sed si priuatus, qui tutelam gerit non senatoris, vel in alia dignitate positi, senator fiat, ea cura absoluitur omnino, nisi qui sub eius cura sunt senatorij sint, vel in aliqua dignitate positi. Librarij & Calculatores & Ponderatores non habent immunitatem. Iudæi [p] non Iudæorum tutelam gerunt, & reliqua etiam munera præterquam ea quæ eorum religionem polluunt [q]. Ratiocinium [r] ciuitatis in numerum tutelæ non cedit. Liberti [s] senatorum masculorum non etiam fœminarum [t] qui patronorum res administrant, tutelis liberantur [u]. Neque fideiussori tutoris [x], neque magistratui, [y] periculum creationis prodest in numerum tutelæ, neque honorario [z] tutori. Conductor ciuilium 16.

vectigalium, tutelæ excusationem non habet [a]. Plura [b] iura imperfecta non præstant excusationem, vt si quis sit lx. annorum, & habeat duas tutelas & duos liberos. Immunitas [c] ciuilium vel publicorum munerum, tutelam non complectitur. Acta [d] habita super excusatione tutelæ. * Ignotum esse parentibus pupilli non prodest ad excusationem. Tres tutelas ad excusationem non profert qui eas affectauit [e], vel qui pupilli mediocris tutelam gerit. Emancipati filij tutela, computatur patri in numerum trium tutelarum [f]. Si filiusf. tutor creatus idoneus sit ad tutelam, & pro eo non caueat pater [g], ipse pater simul cum filio tutor instituitur.

a Vt si excuset se ab administratione rerum, quæ in alia prouincia sunt, vt dig.11.tit.3.

b Mille passus, id est miliarium non a miliario vrbis Romæ, sed a continentibus ædificijs numeratur, vt lib.50.tit.16.dig.154. nam eatenus Roma definitur. Aliæ autem ciuitates a muris, vt dig.2. eiusdem tit. & lib.33. tit.9. dig.4. tit.4.

c De itinere, lege dig.11. & quæ in eo adnotata sunt.

d Quinquaginta dies pertinent ad contestandam excusationem. Nam ad eam perfecte examinandam quatuor menses competunt numerandi ex tempore nominationis, vt digest.39. lege 40.

e Absentibus significari a magistratibus debet intra dies xxx. vt lib.26. tit.5. dig.29.

f Neque enim remissio tutelæ per libellum fit, vt dig.26.

g Nam filijs tantum nostris iure tutores damus, vt lib.26. tit.1. dig.1. & 4. Datus autem ab alio non eget excusatione ante confirmationem, vt lib.5. Codicis, tit.28. Const.1. Quod si absque confirmatione miscuerit se administrationi, tenetur; vt eodem libro tit.27. Const. 1. & 4. Nouella autem 150. de diuersis capitulis, non tantum matri & auiæ dat facultatem filijf. curatores relinquendi secundum ibi expositam obseruationem, sed & extraneis, quod est contra regulam. Et contra id quod est in generali diuisione, quæ vult solos patresf. a curatoribus regi. Non dicit hæc No. curatores dati, sed administratorem rerum.

h Incola est qui dicitur πάροικος, qui aliena in ciuitate, vel regione domicilium constituit, vt lib.50. tit.16. dig.239. De incola lege eiusdem lib. tit.1. dig.5.38.

i Liberti tutores vel curatores dati liberis patronorum, nullam excusationem habent, siue patris pupilli liberti sint, siue matris, nec in primo liberorum patroni gradu in hoc iure consistimus, sed & si nepotibus patroni vel patronæ dati sint tutores, & pronepotibus & ceteris deinceps, non vtuntur excusatione.

k Nec enim videtur libertus esse. Sane si ab eo scribatur heres non fit necessarius, sed abstinere potest, vt lib.29. tit.2. dig.70. tit.3. Sed neque eum alere cogitur, vt lib.25. tit.3. dig 5.

l Nec is qui ex causa fidei commissi manumissus est, vt dig.25.

m Sed & si quis a pluribus dominis manumittatur, liberorum omnium patronorum tutelam gerere cogitur, & quasi habeat tres tutelas excusatione vti non potest.

n Appellatione spadonis quilibet eunuchus significatur, vt lib.50. tit.16. dig.128.

o CVR. Senator tutelam gerat, & inferiorum & maiorum senatorum. Qui post susceptam curam factus est senator, recte se excusat, nisi pupilli liberi senatorij sint, vel dignitate præstantes. INNOM. Senatores sunt a patricijs vsque ad illustres, vt lib.1. tit.9. dig.12. In dignitate vero qui post eos sunt veluti Comites, Tribuni & alij, vt lib.12. Codicis, a 10. tit. vsque ad 20.

p Igitur Iudæi habent testamenti factionem. nam ij tantum tutores esse possunt qui eam habent, vt lib.26. tit.2. dig.21. Munera autem non lædentia religionem eorum, & ex necessitate gerunt, & fiunt Decuriones, vt lib.50. tit.2. tit.vlt. & 46. No. post Codicem ait eos subjici curiali & cohortali conditioni, non tamen priuilegijs curialium vti.

q Ὑπλάτης habet, Eorum enim dumtaxat immunitatem habent quæ eos facere propria religio vetat.

r Qui factus est curator Reip. vel tutelæ excusationem habet, neque in numerum tutelæ computat curationem Reip. De ædili lege dig.18.

s Senatoriarum mulierum liberti, etiam si administrent negotia patronæ, non habent tutelæ excusationem. nam ij tantum qui marium sunt senatorij liberti hoc priuilegium habent si administrent negotia patronorum.

t Didicisti lib.1. tit.5. dig.9. quod plurimum deterioris conditionis sunt mulieres quam viri, & dig.1. tit.9. eiusdem lib. ait non solum consularem, sed & præfectorium consulari mulieri præferri, quod maior sit dignitas in sexu virili.

u Lege lib.50.tit.1.dig.17.& lib.37.tit.14. dig.69. Si vero ius aureorum annulorum consecuti sunt, quia ingenui esse creduntur, non habent hoc priuilegium, vt in fine 45. dig. Tutelam vero gerens filij patroni non habet excusationem, si ad aliam tutelam vocetur, vt digest. 44. Id etiam ne existimes, si plures sint liberti patroni negotia gerentes, omnes excusari. At vnus tamen vnius senatoris libertus excusatur, vt lib. 5. Codicis, tit.61 Const. 13 Multis igitur negotia gerentibus, quæro quis excusabitur. Et puto eum qui prior vocatus fuerit. quod si simul vocentur, id pendebit ex arbitrio eius qui tutorem dat, vt in simili dig.6.

x CVR. Is ad quem periculum tutelæ spectat, vt magistratus aut fideiussor aut tutor honorarius, hoc non numerat inter tres tutelas.

y Quamdiu sunt magistratus excusationem habent ad nouam tutelam vocati, nisi miscuerint se administrationi, vt dig.6.

z Quid sit honorarius tutor didicisti, lib. 26. tit. 7. dig. 3. Simile vero ijs quæ hoc loco traduntur dicitur, lib.23 tit. 2. dig. 59.

a Lege lib.5.Codicis, tit.58.Const.2.& tit.61.Const.8.& 10.& lib.48.tit.10.dig.1.circa med.

b Si quis plures causas excusationis habeat, singulæ vero non sufficiant ad excusationem, non potest omnium concursu vllam sibi parare excusationem. Si enim lxx annorum non sit, nec tres tutelas administret, nec quinque liberorum sit pater, habeat tamen duas tutelas & duos liberos & annorum sit lx. & alias einsmodi allegationes proferat, quæ per se singulæ nullam præbeant excusationem, non poterit etiam ex concursu omnium sibi parare excusationem.

c Si quis ciuilium aut publicorum munerum vacationem habeat, tutela non liberatur. Simile in muneribus lib.50. tit.5 dig.5. in fine. Atqui dicitur dig. 7. tutelam esse ciuile munus.

d Qui simul vsus est excusatione, non potest ad aliam tutelam vocatus proferre acta prioris excusationis, eisque vti ad euitandam secundam tutelam, nisi & hodie salua maneant eadem excusationis iura. Quid enim si quinque liberos habuit cum priori excusatione vsus est, nunc non item. Sic dicitur lib. 50. tit. 5. dig.1. quoties quis ad munus vocatur, debere eum appellare, licet iam ante excusatione vsus absolutus sit. Excusationem tutelæ temere frustrave dari non oportet, vt dig.18.

e Qui tres tutelas vel curationes habent, si earum administrationem affectauerint, non possunt eis vti ad excusationem quartæ tutelæ. Verum ait lib. 26. tit.5. dig. 21. ambientes tutores fieri non debere, nec pecunias dantes. nam & ij puniuntur. similiter tit. 1. eiusdem libri, dig.9. & lib.4. tit.12 dig.1. & in fine 1.Instit.

f Hoc intelligatur secundum id quod dicitur dig.37. tit.2.

g Si non caueat, siquidem agnouerit tutelam, in solidum tenetur, sin minus, de peculio, vt lib.26. tit.1. dig.7. in quo extat quomodo sic intelligendum patrem agnouisse. Lege eiusdem lib. tit.7. dig.21.

Qui [a] eodem testamento datus est tutor & curator, etiam sine ap- 17.
pellatione recte excusat se tempore computato, ex quo confirmatus
fuerit [b].

CALLISTRATI. In tribus tutelis non tantum magnitudinem 18.
patrimonij spectamus, sed & ætatem. nam si [c] non plus quam sex
mensibus a pubertate ij quorum tutela geritur gerendave est, absint,
non excusatur. Licita [d] corpora tutela exterorum excusantur, non
omnia tamen, sed ea quibus id specialiter datum est, quamuis habeant
munerum ciuilium vacationem: & hoc cum non auctæ sunt eorum
facultates, vt & munera ciuilia subeant. Ædiles [e] priuatis muneribus
non tutela excusantur. Qui [f] honorem gerit noua tutela non cœpta,
iam excusatur. Nauicularij [g] tutela non excusantur. Inquilini [h] ca-
strorum, eorum qui eiusdem conditionis non sunt, tutelam non ge-
runt. Hi [i] soli qui in acie moriuntur cuiuscumque sexus [k], vel æta- 19.
tis sint patri prosunt [l] ad excusationem. Romæ [m] habitantibus remit- 20.
titur [n] administratio rerum prouincialium.

MARC. Is cuius excusationes quædam receptæ non sunt, alias pro- 22.
ferre non vetatur [o] intra constituta tempora. Recte excusat [p] se quis
a tutela

a tutela earum rerum quæ sunt vltra centesimum lapidem, nisi in eadem prouincia sint. Nec senatores [q] administrare coguntur ea quæ C. milibus distant ab vrbe Roma. datur ergo alius tutor etiam habenti alibi, aliarum [r] rerum.

23. SCÆVOLA. Geometræ excusationem tutelæ non habent. Hi vero quibus princeps curam alicuius rei iniunxit, quamdiu curam gerunt tutelæ excusationem habent.

24 VLP. Qui futurus est [s] magistratus, tutelæ excusationem non habet. Milites [t] non a militaribus iudicibus dati, excusantur.

25. PAPINIANI. Manumissus ex causa fideicommissi [u] non prohibetur vti excusatione. nam fere ius [x] patroni in eo manumissor habet, excepto quod sine venia ab eo non vocatur in ius [y].

26. VLP. Per libellum † potest excusari [z]. †Deest negatio.

27 PAVLI. Mensores [a] frumentarij excusationem habent. Qui [b] ex-
28. cusat se tutela, legatum consequitur, si id alij restituere iussus sit, vt
29. & is qui de falso testamento egit & victus est. Tutor petitus [c] etiam
si ante decretum priuilegium adquisierit, non excusatur. Tutore [d]
excusante se, legatum remanet apud heredem [e], licet extraneus sit
heres. Sed si filius sit testatoris qui excusat se, nihil amittit. Relegatus ad tempus non excusatur, sed curator in locum eius interim datur [f].

30. MARC. In perpetuum [g] relegatus excusatur. Venia [h] datur ei qui propter relegationem suspectum contutorem facere nequiuit.

31. PAPIN. Iurisperiti [i], si in consilium principis circa ipsum sint, etiam à cœpta tutela excusantur. Curator eius qui bona habet in duabus [k] prouincijs, non videtur duas curas habere, quia nemo duo
32. patrimonia habet [l]. Qui priuilegium habet, nec fratris curam gerere cogitur, nec [m] conliberti, etiam si patronus eum cum idoneus esset, dederit. Si habenti tres [n] tutelas aliæ duæ separatim delatæ sint, & priusquam excusationem allegaret vnus ex pupillis quorum tutelam administrabat decesserit, ex duabus illis prius delatam suscipiet, & alia excusabitur. Sed & in ea, nisi petat excusari se, detinebitur. Etiam is qui non administrat tutelam, cuius periculum sustinet, computat in numerum trium tutelarum. Idem & in tutelis delatis in testamentis. Est autem prius testamentum non quod prius apertum est, sed cuius conditio prius extitit, vel ex quo adita prius hereditas est. Si cui deferatur tertia & quarta tutela, & quartam iubeatur administrare, huic quidem ex quo iussus est obligatur, tertiæ autem ex quo delara est. Abstinenti pupillum hereditate paterna, tutela eius non computatur [o] in numerum trium tutelarum. Interdum arbitratur [p] prætor & vnam tutelam plura negotia habentem ad excusationem sufficere. Plurium personarum tutela, diuiso patrimonio, plurium loco est, etiam si fratres sint, non diuiso patrimonio vna est [q] tutela.

a Dedit quis tutorem filio suo, eundemque curatorem esse subiunxit. Cum hic possit se à curatione excusare, etiam sine appellatione, quæro, o Modestine, quando ei currere incipiant L. dies excusationis, vtrum ex die aperti testamenti, an ex quo ad administrationem curationis vocatur post xiiij. annos pueri. Et respondit tunc necessariam huic esse excusationem cum confirmatus a præside curator fuerit.

b Nam qui tutelam alicuius gessit, ad eiusdem curam vocatus excusatur, vt Instit. tit. 25. Erdatio curatoris nihil valet, nisi confirmetur, vt lib.26. tit.1. dig.1.

c Nam si tres priores pupilli proximi sint pubertate, ita vt tantummodo semestre tempus reliquum sit, ad tutelam eorum vel quarti pupilli tutela sex dumtaxat mensibus duratura sit, non datur excusatio. Lege penultima duo th. 16. dig. & pen. tit. 32. dig.

d Qui sunt ex corpore fabrorum habent tutelæ excusationem, si pupilli ex eodem corpore non sint qui tutela egent, nisi ita auctæ sint eorum facultates, vt cetera munera suscipere compellantur. non omnia tamen corpora vel collegia tutelarum onere liberantur, & si alijs muneribus non teneantur, nisi nominatim corpori cuidam detur tutelæ excusatio. Quæ sint licita cognosces ex 22. tit. 42.lib. Lege finem 42.dig. & 43. & finem 5.dig. 6.tit. 50.libri.

e Idem & de logista, dig.16.

f Magistratus ciuitatum priuatorum quidem munerum excusationem habent, quamdiu sunt magistratus, si nunc primum vocentur ad tutelam, & nondum miscuerint se administrationi. nam qui ante magistratum tutelam gerere cœperunt, ne tempore quidem magistratus deponunt eam. Quid sit honor ciuilis, dicitur lib.8. tit. 4. dig.14.

g Hoc intelligitur secundum id quod dicitur, lib.5.Codicis, tit.61. Const.24. & lib.50. tit.5. dig.3. & tit.6. dig.3 tit.2. per totum.

h Inquilini castrorum tutelæ excusationem habent, nisi ad tutelam vocentur pueri inquilini eorumdem castrorum. De his lege dig. 24. & 60. tit. 11.lib..

i CALOCYRII Proconsulis. Non minus perabsurdum est dicere impuberes militare quam fœminas. Sed finge vrbem quandam hostes inuadere & expugnationem eius accelerare, ciues imminente necessitate huiusmodi, omni coacta multitudine virorum, mulierum, puerorum, eis aciem opponere, multosque illorum in conflictu concidere non solum viros, sed & mulieres & pueros impuberes. Hi qui sic interimuntur liberi, patri prosunt ad excusationem.

i Bello defuncti liberi parentibus prosunt ad excusationem. Quæsitum est autem qui videantur bello defuncti, vtrum ij qui in acie perierunt, an omnes qui per causam belli in expeditione mortui sunt. Et melius probabitur eos solos prodesse parentibus qui in acie interimuntur, cuiuscumque sexus vel ætatis sint. Hi enim pro Rep. ceciderunt.

k Nota quod ait cuiuscumque sexus. posset enim quis dicere mulierem militare. Lege finem 1. tit. 29. lib.

l In distincte ait lib. 5. Codicis, tit. 66. Const. 2. defunctos liberos non numerari ad excusationem munerum ciuilium.

m Similiter Inst. 1. tit.25. & lib.50. tit.5. dig.13. in fine.

n Habentes domicilium in Italia non coguntur administrare tutelas in prouincia: si intra constitutum tempus excusauerint se, vt dig.11. tit.2.

o Generaliter enim dicitur lib. 24. tit. 1. dig. 8. neminem prohiberi exceptionibus vti pluribus, quamuis contrariæ sint.

p Licet omnis tutor datus ad omne patrimonium pupilli datus est, non cogitur tamen administrare res sitas vltra centesimum lapidem, nisi omne patrimonium sit in eadem prouincia. vnde earum rerum quæ sunt vltra centesimum lapidem, qui in ea prouincia præsides sunt, pupillo tutores dabunt. lege dig.11. tit.3. & dig. 43.

q Nec senator vltra centesimum lapidem, res administrare cogitur. Hoc igitur casu habenti tutorem alius tutor datur, non earumdem rerum, sed earum quæ sunt vltra centesimum miliarium. CYR. Tutor desiderare potest ne vltra centesimum lapidem tutelam administret, nisi res sint in eadem prouincia. idem & in senatore.

r Datur ergo tutor huiusmodi rebus. Tutorem enim habenti non dari didicisti, tit.5. lib.26. dig.10. & tit.7. dig.27.

s Suscepto autem magistratu habet excusationem, si ad nouam tutelam vocetur, vt digest. 7. & 18.

t In castris merentes non ab eo tutores dati qui in eodem castro merebat, recte vtuntur excusatione. similiter dig.18. in fi. & lege lib.8. tit.4 dig.3. tit.2. & 60. tit.31. lib.

u Neque is qui suis nummis emptus est, vt dig.15.

x Sane a manumissore heres scriptus, non fit necessarius, nisi sub conditione eum rogatus sit manumittere & ante euentum eius, scripserit eum heredem, vt lib. 29 tit. 2. dig. 70. tit. 2. neque eum alere cogitur, vt lib. 25. tit. 3. dig. 5. Habet tamen manumissor contra tabulas eius bon. possessionem, & iura ab intestato, vt lib.38 tit.2 dig.29. CALOCYRII. Dicere debuit: Nam plenum ius in liberto non habet is qui per fideicommissum manumisit. Quid

autem

autem hoc fit, disces quidem ex ijs quæ hoc loco adnotata sunt, sed euidentius ex congruis locis, puta ex tit.13. lib.48. βασιλικῶν, & toto libro.

y Similiter lib.2. tit.4. dig.9.

z Per libellum dicit speciem excusationis, vt dig. 14.

a DOROTHAI. Hoc rescriptum est præf. annonæ, ex quo apparet agi in eo de mensoribus frumentarijs vrbis Romæ. INNOM. Interpretationem necessariam esse non puto: quia localibus vel personalibus rescriptis ius constitui non oportet, sed lege potius 10. dig. 5. tit. 50. lib. in quo ait, publicos mensores frumenti Constantinopoleos, non etiam prouinciarum habere immunitatem.

b Si quis tutor datus legato honoratus sit, & rogatus id totum restituere, licet vtatur excusatione, legatum tamen propter fideicommissarium iure licito consequitur, cum id ipse sibi habiturus non sit. idem in eo est qui testamentum accusauit falsi & victus est: nam & hic relicta legata amittit, nisi ea rogatus sit alteri restituere. Lege lib. 26. tit. 2. dig. 28. de huiusmodi amissione. Lege latius lib. 34. tit. 9. dig. 4. 5. 7. 15. Lege tit. 2. dig. 1.

c Si quis posteaquam petitus est tutor, & ante prætoris sententiam ei tutelam decernentem, priuilegium adquisierit, vtitur quidem eo ad futuras tutelas, sed non ad eam in quam recte petitus est. Petitionem enim recte institutam priuilegium partum postea non extinguit: nam tempore dationis, non etiam quo excutitur causa excusationis, eam debet quis habere, vt dig. 2. tit. pen.

d Si instituto tutori præter onus tutelæ fideicommissum testator reliquerit, & tutor excusatione vtatur, fideicommissum amittit, & lucro cedit heredis, siue filius defuncti fuerit, siue extraneus. At si filium suum perfectæ ætatis testator fratri tutorem dederit, eidemque legauerit, quamuis excusauerit se tutela fratris, fideicommissum non amittit, quia non vt tutori id ei relictum credimus, sed vt filio.

e Quod si non in solidum, sed certarum rerum excusauerit se, puta Italicarum, idem etiam amittit, vt lib. 30. dig. 110. Marci. Lege & huius tituli dig. 33. & lib. 26. tit. 2. dig. 28. & quæ in in eo adnotata sunt.

f Lege sequens dig. & finem 32. dig. 7. tit. 26. lib.

g In 14. dig. 3. tit. 46. lib. ait curatorem dari in locum relegati perpetuo, vel ad tempus, & huic tutori non solui recte.

h Quod si relegatus ignorans contutorem suum male tutelam administrare non remouerit eum quasi suspectum, facilius ignoscemus ei. Atquin lib. 4. tit. 6. dig. 27. ait relegatum, quia procuratorem habere potest, nisi ex iusta causa non restitui. *Solutio.* Sed accusatio suspecti non fit per procuratorem, vt defensio rei: raro enim fit & secundum obseruationem expositam, lib. 3. tit. 3. dig. 39.

i Iurisperiti si cœpta administratione tutelæ fiant consiliarij principis, hoc est quæstores, quia circa latus principis occupati sunt, & delatus honor finem certi temporis ac loci non habet, tutelam deponunt.

k Atquin dicitur lib. 26. tit. 5. dig. 27. pupillo habente bona Romæ & in prouincia, vt banarum rerum a prætore tutorem dari, prouincialium a præside.

k Recte tamen se intra constituta tempora excusat ab administratione earum rerum, quæ sunt in alia prouincia, vt dig. 12. tit. 3. Lege omnino 36. tit. 5. lib. Codicis.

l Sed si miles alium castrensium, alium paganicorum instituat heredem, duo heredes intelliguntur, vt lib. 29. tit. 1. dig. 17.

m Patronus habens libertum impuberem, in testamento alios libertos ei tutores vel curatores dedit. Papinianus ait, quamuis valde idonei dati sint, tamen posse eos vti excusatione ne confirmentur. tunc enim solum liberto excusationem denegamus, cum ad tutelam liberorum patroni vel patronæ vocatur, vt dig. 15.

n Qui tres tutelas administrabat, duobus alijs pupillis diuersis decretis tutor datus est, & potuit quidem vti excusatione trium tutelarum, sed priusquam ea vteretur, vnus ex tribus pupillis, quorum iam tutelam administrarat, decessit. Et Paulus ait, vbi desijt excusatio trium tutelarum morte vnius pupilli, statim eum teneri ad tutelam vnius ex duobus pupillis, cui priori decreto tutor datus est, quasi in locum tertiæ tutelæ quæ desijt esse, quarta subrogata; quia ipso iure tutor erat antequam vteretur excusatione. Potuit ergo a tutela eius pupilli excusari, quæ nunc est quarta. Sed quia non se ab ea excusauit, oneri eius subjicitur. nec obstat quod dici potest tunc excusatione vti quem quartæ tutelæ cum administrat tertiam n. quod eo pertinet, cum nondum finita est tertia. In hoc autem casu, quia iure vocatus ad tertiam, eius periculum sustinet, imputamus eam ad excusationem quartæ tutelæ. Idem euenire potest si duobus testamentis cum haberet tres tutelas tutor datus est. nam & vno ex tribus pupillis defuncto, in locum tertiæ tutelæ succedit priori testamento delata tutela. Prius autem testamentum id dicimus, non quod prius apertum est, sed id ex quo adita prius hereditas est, vel cuius conditio prius extitit. Illa quoque erit differentia tutelarum de quibus diximus, quod si tertia & quarta simul delatæ sint, licet in quarta prius detentus sit, ta-

men huius quartæ ex quo iussus est administrare, tertiæ autem ex quo datus est periculum sustinet. CYRILLI. Si tres tutelas habenti duæ separatim iniungantur, & priusquam excuset se decedat vnus eorum quorum tutelam administrabat, priori decreto delaræ tutelæ obstringitur, altera excusarut recte. prodest autem ei etiam tutela quam non administrat, cuius tamen periculum sustinet. Si cui ex testamentis duæ tutelæ deferantur, id intelligitur esse prius ex quo hereditas adita, conditiove extitit prius. Si cui deferatur tertia & quarta tutela, quartæ ex quo iussus est administrare, tertiæ ex quo datus est, periculum sustinet.

o At hic tamen rationibus obligatur, vt lib. 23. tit. 2. dig. 16. ad finem. Lege lib. 6. Codicis, tit. 51. Const. 4. & huius libri tit. 3. dig. 18.

p Interdum vnam tutelam administrantem non permittit prætor ad aliam compelli: nam si diffusa multaque sint negotia vnius tutelæ, pro pluribus cedit.

q Etiam si alijs tutor, alijs curator datus sit, vt dig. 13.

Tutor inutiliter[a] testamento datus & post confirmationem excu- 33.
sans se, amittit[b] legatum sibi relictum.

PAVLI. Nisi[c] euidenter testator dixerit velle se consequi eum 34.
legatum, etiam si tutelam non administrauerit.

IDEM. At datus a prætore non testamento, si vtatur excusatio- 35.
ne[d], non amittit[e] legatum.

IDEM. Quod[f] si testamento datus excusatione vsus non sit, sed 36.
remotus sit quasi suspectus, si non administrauit, amittit legatum, etiamsi alij idonei sint & locupletes.

IDEM. Qui se excusat[g], non repellitur a substitutione pupillari, 37.
quia post mortem impuberis locum habet[h]. Qui tres filios habet & vnum ex eis[i] emancipatum, recte iure trium liberorum vtitur ad excusationem curæ alterius, non etiam[k] ipsius filij emancipati.

SCÆVOLA. Si testamento tutor datus prætorem adierit, & di- 38.
xerit se tres liberos habere, tutoremque datum se vitiose patruum legitimum tutorem habenti, & ita pronuntiauerit prætor, *Si tutorem habenti tutor datus es, non eges excusatione*: Si[l] nullus sit patruus, tenetur[m], nisi bona[n] mente cum existimaret sufficere sibi tres liberos ad excusationem, non administrauerit.

PAVLI. Quinquaginta dies ad allegandas excusationes pertinent, 39.
quatuor menses continui ex nominatione ad eas exercendas.

TRYPHON. Nisi aduersarius definitioni impedimentum attu- 40.
lerit.

PAVLI. Post susceptam tutelam, furiosus vel cæcus, vel surdus, 41.
vel mutus factus, vel valetudinarius, absoluitur. Paupertas oneri & administrationi tutelæ impar, vacationem tribuit.

HERMOG. Etiam ij qui sine codicillis administrant res principis, 42.
excusantur tempore administrationis, & præf. annonæ & adsessores[o] eorum, qui ob publicam causam absunt, qui sunt intra numerum[p]. Delatam vero iam non deponunt[q]. Is etiam qui olim dicebatur præf. vigilum, nunc prætor plebis, excusationem habet. Qui corporis vel collegij iure excusationem habet[r] a tutela vel cura filiorum collegarum non excusatur, nisi quibusdam hoc specialiter datum sit.

PAVLI. Sed si C. milibus ab vrbe distent, eorum tutelam susci- 43.
pere non coguntur.

44 HERMOG. Libertus eius qui in dignitate est tutelam filij eius administrans, alia tutela non excusatur [f].

45 TRYPHO. Libertus [g] qui administrat negotia patroni non habet excusationem tutelæ.

46 IDEM. Ita dixi [h], Petrus quamdiu non aberit Reip. causa, filiorum meorum tutor esto. Si cœpta administratione abierit Reip. causa, & redierit, nec anni vacationem habet, nec si liberos interim susceperit. vna enim est tutela. & ideo nec ex priori gesto est in tutorem actio. Sed si ita dixi, Petrus tutor esto, & si aberit Reip. causa, tutor ne esto, & si redierit, tutor esto: & post susceptam administrationem abijt, & redijt, quasi ad secundam tutelam vocatus, annum habet & alias excusationes. Tutori dato sub conditione vel ex die, L. dies non cedunt antequam conditio extiterit, vel dies venerit. Iure liberorum recte excusat se is qui mente capto curator datus est, & muto & ventri. Romæ datos dicimus eos qui a præf. vrbi dati sunt, vel a prætore, vel in testamento Romæ confecto, vel in continentibus [x]. Si libertus tanta corporis, aut mentis valetudine adficiatur, vt suis rebus superesse non possit, recte excusat se a tutela liberorum patroni.

47 PAVLI. Pistores statuti per se pistrinum exercentes tutelæ excusationem habent. Vrbis autem Romæ pistores etiam liberorum eorum qui sunt eiusdem collegij tutela excusantur. Excusatio [y] etiam est, non habere domicilium vbi quis tutor datus est.

a Vt si pupillus testatori extraneus sit, & cum inutilis datio coofirmanda esset, tutor excusatiooe vtator.

b At si non excusaoerit se, sed prætor eum reiecerit quasi minus idoneum, non amittit, vt lib. 33. dig. 77. lege finem 3. tit. 26. lib.

c Lege vsque ad 38. dig. & 28. & 29. & lib. 26. tit. 2. dig. 28. & lib. 34. tit. 9. dig. 5.

d Similiter lib. 34. tit. 9. dig. 5. tit. 2.

e Nec enim testameotario tutori similis est a prætore datus tutor, qui excusatione vtitur, cum bic ooo impugnet iodicium defuocti; & ideo oon amittit legata sibi relicta. nam quem ooo dedit tutorem testator, dicere ooo possumus voluisse eum tutelam admioistrare.

f Quid igitor si testamento datus tutor ooo vtatur excusatiooe, sed tutelam sosceptam nolit admioistrare, cooteotus eo quod habet contutores idoneos: & manifestum quidem est hunc posse cooueniri, si a cootutoribus eius pupillo res seruari ooo possit. Sed noo boc tantum quærimus, sed contumacia eius punienda amissiooe legati. nam & hic videtur excusatione vti. Multo vero magis indignus est coosequi legatum qui suscepta tutela remotus est quasi suspectos.

g Et si compertum sit pateotes amicissimos & fidelissimos homines eligere, & liberis suis tutores dare, & ideo ad suscipiendam tutelam etiam legata eis relinquere, in hoc tamen casu de quo quæritur, proponitur legato bonoratus tutor & idem pupillo substitutus; oec est verisimile sub hac cooditiooe eum substitutum, si tutelam susceperit, & ideo legatum quidem petere noo potest si viuat pupillus, sed a substitutiooe ooo repellitur: quia & mortuo popillo susceptam tutelam depositurus erat.

h Eandem diuisiooem recipit, quod dicitur de ea quæ tutorem filio noo petiit, lib. 26. tit. 6. dig. 4.

i De emancipato, lege dig. 16. tit. pen.

k Absurdum est filium aduersos seipsum prodesse patri. Τὸ πλάτος sic habet; Noo oportet excusatiooem deoegari patri habenti alios tres liberos, sed cum filio suo curator petatur, videtur cootra natotam facere si tali excusatiooe vti teotauerit. CALOCYRSI Proconsulis. Manifestum redditur hoc caput ex adnotationibus, 2. cap. tit. 3. Cæterum τὸ πλάτος tres proponit liberos io potestate, & vnum sui iuris: quod est consequens his quæ de excusationibus legibus cauta suot; oaoi duo tantom liberi nusquam prosuot. Ita vero admirabili

Cyrillo consentio amplianti hoc caput, & inde errorem Basilicis inducenti (Qui Romæ tres liberos habet & vno eorum sui iuris ad curationem vocatus potest excusari) vt sit illud, ad curationem in medio positum. ad curationem autem alterius filij, vel in adoptionem dati & heredis adoptiui, patris vel postumi, & sub conditione si sui iuris fiat, a matre, vel auia, vel extraneo scripti. constat enim ex iis quæ sequuntur, de filio agi, quoniam ait, licet hæc res sit contra naturale ius. denique eius quidem qui ab intestato adoptiuo patri successit. & eius qui sub conditione si, sui iuris factus erit, vt diximus, heres scriptus est, curatione merito se excusabit, non etiam eius quem ipse emanciparit, lege 84. cap. CVRILLI. Qui Romæ tres liberos habet & ad curationem vnius eorum emancipati vocatur, excusari potest, licet hæc res sit contra naturæ legem.

l Falsa est allegatio non tantum in facto sed & in iure. etenim verum est tutorem habenti tutorem non dari, vt lib. 25. tit. 2. dig. 27. Sed hæc regula non habet locum in testamentario. semper enim testamentarius præfertur legitimo, vt tit. 3. dig. 9. De his autem qui falsis allegationibus excusantur, lege lib. 5. Codicis, tit. 63. Ceterum fingi & hic potest, non in testamento patris tutorem datum qui legitimo præfertur, sed in testamento matris vel patroni vel alterius einsmodi, qui confirmatione egent, & videntur potius esse datiui, vt in 3. tit. 26. lib.

m Ideo tenetur quia prætor non recte pronuntiauit. angustior enim est sententia eius, quæ sub hac conditione liberat, si legitimum tutorem pupillus habuerit.

n CVRILLI. Testamento tutor datus dixit se tres liberos habere, & impuberem habere legitimum tutorem, quod erat falsum. prætor pronuntiauit, Si est legitimus tutor, excusatio necessaria non est. inutilis sententia est, & si non administret tutelam tenetur vtili actione, nisi per errorem cum satis esse arbitraretur tres liberos habere, non administrarit. De his qui coacte vel data opera desistunt posteaquam adierunt præsidem, lege dig. 14.

o Qui habent salaria e publico dicuntur adsessores, & Reip. causa abesse, vt lib. 1. tit. 22. dig. 6. & lib. 4. tit. 6. dig. 31. lege eiusdem tituli dig. 38. 39.

p Hoc est si non sint supra numerum lege definitum.

q Non omnino excusantur, sed ad tempus datur curator quoad redierint, vt dig. 11. circa medium.

r lege dig. 18 circa medium & finem 31. & vltimum, & initium vndecimi.

s Administrans autem negotia patroni excusatur vt dig. 16.

t Omnis libertus senatoris administrans patroni bona, excusationem habet tutelæ cuiuslibet. Sed si libertus hic ius annulorum aureorum impetrauerit, quia videtur in ordinem ingenuorum transiisse, hac excusatione vti non potest, cum iam amplius non intelligatur esse libertus senatoris. INNOMINATI. Qui impetrauit ius aureorum annulorum, tutelæ excusationem ideo non habet quod patrono procuret.

u Ita dixi, Titius tutor esto filiorum meorum quoad non aberit Reip. causa. Titius absens tutelam deseruit. quæritur an reuersus quasi noua tutela nunc delata excusari possit ob absentiam an non, quasi iam administrarit tutelam, vtpote datus priusquam reip. causa abiret. Quid si liberos interea suscepit, aut aliam excusationem parauit, quam non antea non habebat? Et magis placet vnam tutelam esse, & ideo excusationem ei non competere semel susceptæ tutelæ, nec agi tutelæ posse ex antegesto, quia eadem tutela manet. Quid igitur si ita scriptum sit testamento, Titius tutor esto, Si Reip. causa abfuerit, tutor ne esto, Cum redierit, tutor esto. quid de excusatione dicere nos oportet, siue ob absentiam Reip. causa, siue ob aliam quæ post obuenerit, excusari velit. Præcedit hanc quæstionem alia, an testamento dati tutores in diem vel sub conditione ante diem vel conditionem, se excusare necesse habeant, & in primis quæritur an eis cedant dies intra quos necesse est excusationem exercere. Sed verum est in diem datum tutorem antequam dies venerit non esse tutorem, cum * Quia igitur ex eodem testamento iam gesta fuit tutela, & qui alias excusatus est quasi abfuturus Reip. causa, si redierit, continuo hæret tutelæ ante susceptæ, nec anni vacationem habet. Hic non excusauit se abfuturus Reip. causa, sed ex ipso testamento desiit esse tutor, testatore dicente, Cum aberit Reip. causa, tutor ne esto. Vnde post reditum quasi ad duas tutelas vocatus se excusare potest, quia denuo eum tutorem dedit testator dicens, Cum redierit tutor esto. CVRILLI. Quidam testator ita dixit, Titius quoad non aberit Reip. causa tutor esto filiorum meorum. deinde abfuit & rediit. vna videtur esse tutela. ideoque excusationem non habet etiam si interim aliam iustam causam sibi pararit, nec tutelæ conuenitur ob priua tempus quod fuit antequam abiret. Sed si ita dixerit, Ille tutor esto, Si aberit Reip. causa, tutor esse desinat, Si redierit tutor esto, contrarium valet. Eiusmodi species extat lib. 26. tit. vltimo dig. 3. circa medium.

x Aliarum ciuitatum nomina muris finiuntur. Qui autem dicit Romam vel vrbem Romam, etiam continentia quæ sunt extra muros significat, vt lib. 33. tit. 9. dig. 4. & lib. 50. tit. 16. dig. 2. & 138.

z Adiicitur εἰς τὸ πλάτος. Hi igitur recte vtuntur excusatione trium liberorum.

CYRILLI. Vbi non habito, necesse non habeo tutelam gerere. INNOMINATI. Non habere domicilium in prouincia, non etiam in eadem ciuitate. potest enim dari qui est ex alia ciuitate, vt lib. 26. tit. 1. dig. 10. & tit. 5. dig. 1. 3. & 4.

48. Constitutio [a] definit quod tutelam administrare, ciuile est, †, & vl- † νόμιμον
49. tra sexum fœmineæ infirmitatis tale officium est. Absentia [b] ob pu- ἰσί.
blicam causam non tantum ei qui non cœpit, tutelæ excusationem
tribuit, vt omnes aliæ excusationum causæ, sed & ei qui iam cœpit
tutelam administrare. habet autem excusationem quamdiu abest so-
lummodo. datur itaque in locum eius tutor alius vel curator, qui ab-
sentiæ tempore administret. reuersus namque is tutelam recipiet.
rectius autem fecerit qui ad tempus absentiæ constitutus est tutor si
adierit præsidem prouinciæ & monuerit vt eum compellat rursus ad
2. 50. administrationem. [c] Quidam [d] tutores habens curatorem accepit,
quasi non sufficientibus tutoribus ad administrationem. curator ex-
cusauit se. in locum eius præses alium curatorem dedit. pubertate
quidem pupilli finitur tutela, sed curator etiam adiit præsidem, po-
stulans se absolui administratione, quod curam gesserit vsque ad pu-
bertatem. Constitutio ait, Licet in locum excusati alius tutor non
curator debuerit dari, tamen curator datus, pubertate pupilli cura-
3. 51. tor esse desinit [e]. Si [f] in diuersis prouinciis constitutum sit patrimo-
nium, vel in vna [g] prouincia, solus tamen tutor [h] non sufficiat ad ad-
4. 52. ministrationem, debet ei curator adiungi. Licet regulariter tutorem
habenti tutor non detur, tamen quibusdam casibus alius tutor datur,
in locum suspecti remoti & excusati & defuncti tutoris & relegati [i].
5. 53. Si auctæ sint facultates pupillorum, ad administrationem tutori ad-
iungi curator debet. & iam dati tutores, manent tutores. Dicit &
aliud Constitutio, Si [k] finita tutela soluendo sint tutores, etiam si
postea vnus eorum desierit esse soluendo, alios pro eo non teneri.

a Regula Constitutionis proponitur in 16. dig. 1. tit. libri singularis de tutelis; vbi innuens hanc Constitutionem adjicit, *plerumque*.

b Tutor datus in locum absentis Reip. causa, eo reuerso deponit administrationem.

c Ergo vt capiat pignora atque ita etiam inuitum cogat administare. nam vt didicimus lib. 27. de tutelis, captis pignoribus tutores coguntur administrare.

d τὸ κατὰ πόδας. Excusati curatoris, licet pupillus alios haberet tutores dare. Quamuis autem curator cum alijs in locum eius substitutus sit, tamen periculo administrationis vltra pubertatis tempus non adstringitur. *Adnotatio ad interrogationem*. Ad illud, Quoscumque, subdistinguit, & definit illis verbis, *Tutores dare*, & dubitans quemadmodum daretur tutor habenti alios tutores, dixit auctoritatem esse Constitutionis. At melius, vt arbitror, dixerit quis subdistinguendum esse ad verbum, *tutores*, & desinendum solo verbo, *dare*, vt intelligatur κατὰ παράληψιν, dare curatores, & ne quasi non continua reguli sque aduersa constitutio arguatur. THEODORVS. Curatoris excusatione recepta, pupillo alius curator datur. idem fit curatore suspecto, vel defuncto, vel relegato. alius enim loco eius datur, vt ait 4. Const. huius tit. & 3. Const. 43. tit. huius lib. quinti. Post pubertatem curam non gerit. lege 1. Const. 7. tit. huius lib.

e Quia non vt minori, sed vt pupillo datus est, pubertate eius, finitur administratio.

f Curatoribus alius concurator adiungitur æstimatione præsidis, si soli non sufficiant administrationi rerum pupillarium. Ait autem 5. Const. huius tit. auctis facultatibus pupilli alium curatorem adiungi.

g Non est igitur necesse vt duo concurrant, amplitudo patrimonij, & quæ occupet diuersa loca: sufficit namque vnum ex eis ad petitionem curatoris.

h Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας. & hoc deprehenderit præses. & ait Thalelæus. Non ergo ali-

ter dari curatorem oportet, quam ſi ſpecialiter deprehenderit præſes non ſufficere eum ad adminiſtrationem.

i Nota quod ait Conſtitutio indiſtincte, relegati. ſed explicandum hoc eſt ex 29. dig. 1. tit. 27. lib. nam in perpetuum relegato excuſatio datur. & ita accipienda eſt Conſtitutio.

k Initium iuris alterius, vt non agatur cum tutore ob inopiam contutoris poſt pubertatem, quod etiam traditur, tit. 7. lib. 26. & 3. tit. 27. lib.

Codicis, tit. 62. Eunuchus tutor excuſationem non habet. Generaliter [a] datus 1. 54.
curator, ad vniuerſum patrimonium datus creditur. Sed ſi dicat ſe 2. 55.
non ſufficere niſi forte adminiſtrationi Italicarum rerum, & ſint alia
bona in prouincijs & adeuntes curatores hoc docuerint & liberarint
ſe, petent ſibi tum adoleſcentes curatores rerum prouincialium. In-
genuus [b] tutor liberto datus ſe excuſare poteſt [c]. Sed ſi dationis tem- 3. 56.
pore ſilens intra conſtitutum tempus ſe non excuſauerit & excluſus
fuerit lapſu L. dierum, neceſſe habet tutelam adminiſtrare. Curator 4. 57.
eam cuius curam gerit, vxorem ducere non debet, vt didiciſti in titu-
lo de ſponſalibus. Sed ſi quis vxori ſuæ curator detur ignorans [d], re-
cte [e] excuſat ſe & alium petit curatorem dari. Liberti [f] tutores dati 5. 58.
liberis patroni excuſationem non habent. Igitur & ſi eorum tute-
lam ſemel geſſerint, coguntur & curam [g] adminiſtrare. Quinquagin- 6. 59.
ta dies [h] excuſationum cedere incipiunt ex quo cognouerit tutor de-
cretum præſidis vel teſtamentum quo factus eſt tutor. Quod ſi in his
diebus iniuriam paſſus ſit a præſide nec appellarit, adquieſcere [i] debet.
Prætermiſſa eſt 7. Conſt. Conductores agrorum [k] fiſcalium non habent excuſationem. Qui [l] v- 8. 60.
num oculum amiſit [m] non ideo a tutela excuſari poteſt. Exactores [n] pu- 9. 61.
blicorum tributorum munerum & tutelarum excuſationem habent 10. 62.
quamdiu exactionem tractant. Tutor datus ſe excuſare [o] poteſt ab ad- 11. 63.
miniſtratione earum rerum quæ in alia prouincia ſunt. ſed ſi lapſa ſint
tempora excuſationis propter late diffuſum patrimonium petere de-
bet ſibi curatorem [p] adiungi. Si quis cum haberet iura excuſationis 12. 64.
vltro alicuius tutelam ſuſceperit, vocatus ad aliam tutelam iure ex-
cuſationis vti poteſt. Libertus ſenatoris [q] eius negotia gerens, tutelæ 13. 65.
excuſationem habet, vnus ſcilicet tantum. neque vero ſenatoris
neque priuati libertus tutela excuſari poteſt ob adminiſtrationem re-
rum patroni, niſi vnus tantum qui gerat negotia patroni ſenatoris.
Conſtitutio iubet [r] ideo factam a magiſtratibus nominationem, vt 14. 66
metu creationis redimat quis iniuriam, hoc eſt pecunia data effugiat
iniquam nominationem, ſeueriter a præſide coerceri. Quin & ſi
quam excuſationis cauſam tutor habet, ſuſcipi eam, ac ſi lite vexan-
di eius cauſa magiſtratus eum nominarint, & is excuſarit ſe, ſumptus
quos fecerit magiſtratus reddere iubet. Tutor datus prouocauit. 15. 67.
præſes confirmauit nominationem eius. tutor prouocauit, pubuit in-
terim pupillus. quam ob rem tutor petit ne exerceatur appellationis
cauſa. Princeps ita reſcribit. Quamuis in tutela detentus prouoca-
tionis auxilium flagitaueris, & in medio tempore ij quorum memi-
niſti in adulta ætate agere cœperint, non eo minus ſecundum iudi-
ciorum

ciorum formam causa interpositæ appellationis examinabitur pro-
16.68. pter [r] periculum administrationis eius temporis. Qui de hereditate
17.69. litigat cum pupillis, se excusare potest. Ius [s] Constitutionis huius re-
ferrur multo latius in II. titulo XXIII. lib. Digesto LXVI. nam
cum S. C. caueatur ne quis vxorem eam ducat cuius curam gerit, &
ne eam filio suo collocet, Constitutio ait eum qui factus est curator
eius, quæ iam filio suo nupta erat, debere se excusare, ne manifeste
18.70. S. C. offendat. Qui excusat se intra L. dies, appellatione non eget.
Quod vero [u] pater omnium bonorum suorum vsumfructum vxori
19.71. suæ reliquerit, ad excusationem idoneum non est. Tutor [x] se tutela
solui non recte postulat, quod velit tutelæ agere contra matrem pu-
20.72 pilli. neque enim conuenitur mater pro filio. Qui [y] factus est tutor,
21.73. curam gerere non cogitur [z], sed excusatur. Quod [a] res communes
quis habeat cum pupillis, tutelæ excusationem non præstat, cum
22.74 curatore petito diuisio rerum fieri possit. Qui [b] excusatione vsus &
23.75. absolutus est [c], tutelæ periculum non agnoscit. Nouum & mirabile
est ius Constitutionis huius, Eum qui tutelam suscepit eius cui
actiones quædam sunt, in fratrem vel fratris filios, se excusare pos-
se [d] iusta ratione, ne propter tutelæ necessitatem pro pupillo coga-
tur tam proximæ sibi personæ diem dicere, cum, inquit, & pupil-
li vtilitas exigat talem tutorem habere, qui affectu erga aduersarios
pupilli, litem pupillarem aggredi syncere non inhibeatur. itaque
24.76 præses vtrique prospiciet. Qui sunt [e] e corpore nauiculariorum [f],
tutelam gerere non coguntur aliorum quam liberorum nauicularij
25.77 corporis eiusdem. Silentiarij [g] quasi circa principem occupari tutelæ
1. 78. & curæ excusationem habent. Si [h] absentibus cognatis vel his [i] qui Lib. 5. Codicis, tit. 63.
pupillos defendere volebant, tutores vel curatores excusationem pe-
tierint, præses retractare [k] causam debet, & si perperam excusatos
competerit, subijcere periculo administrationis [l] ex eo tempore
2. 79. quo dati sunt. Tutores excusatione vti debent priusquam incipiant
negotia administrare. quod si administrare cœperint iam se excusare
non possunt, nisi ex certis causis, vt si Reip. causa absint. Si igitur
tutor [m] cum iam cœpisset administrare quasi nondum administratio-
ne suscepta excusationem impetrarit, periculum administrationis ad
3. 80, eum pertinet. Qui se ambitione potius quam iure excusatione, ad- Lib. 5. Codicis, tit. 64.
1. 81. ministrationi obstringitur. Qui Reip. causa [n] absuturus est se excu-
sare debet ad tempus absentiæ. quod si non fecerit, medij [o] tempo-
ris periculo obstringitur. Quod si contutorem habuerit recte petit
2. 82. conueniri eum prius qui administrauit, ac deinde se. Certum [p] est
eum qui desijt abesse Reip. causa ab omni noua [q] tutela anno vaca-
1. 83. re. Qui causaria missione militia soluuntur post annos XX. [r] neque Lib. 5. Codicis, tit. 65.
2. 84. infames fiunt, sed & priuilegia veteranorum habent. Quod di
ctum est veteranum tantummodo conueterani filiorum tutelam
gerere [s], vel filiorum militis, & vnam solum tantum non duas [t] ha-

C

bere compelli eodem tempore, eo pertinet, non quod detur inuti-
Lib. 5. Codi- liter sed quod datus se excusare potest. Apertum est ius [u] Consti- 1. 85.
cis, tit. tutionis, quod etiam extat in Institutionibus, Vocatum ad tutelam
66. & habentem Romæ tres liberos, in Italia quatuor, in prouincijs
quinque, de quorum statu [x] non ambigatur, excusari. Filia [y] mor- 2. 86.
tua non prodest patri ad excusationem [z], sed & si sint nepotes ex
Lib. 5. Codi- filio, superstite filio [a], nepotes non prosunt ad excusationem. Ma- 1. 87.
cis, tit. ior septuaginta annorum ad tutelam vel curam vocatus se excusare
67. solemniter [b] potest. Cæcus, aut mutus, aut furiosus, aut perpetua 1. 88.
Lib. 5. valetudine detentus, tutelæ seu curæ excusationem habet [c]. Si quis [d] 1. 89.
Cndi- eodem tempore tres tutelas vel curas administret, ad quartam tu-
cis, tit. 68. telam vel curam vocatus, recte excusat se. Sed si vnus ex his quo-
Lib. 5. rum tutelam vel curam gerit suæ tutelæ suæve ætatis fiat, ita vt duæ
Codi- tantum supersint, rursus vocatur ad aliam tutelam, siue rationes red-
cis, tit. 69. diderit siue non. Id etiam Constitutione cauetur, plures causas imperfectas, perfectam vnam non facere, vt si dicat quis se duos habere liberos & esse annorum L X. & vnam tutelam habere, hæ tres causæ imperfectæ pro vna non imputantur.

a Τὸ κατὰ πόδας. Si curatores dati estis generaliter, nec decreto significatum est Italicarum rerum vobis munus iniunctum, adire debetis iudicem competentem, vt vos a prouinciali administratione liberet. quod si factum fuerit, petent sibi in prouincia curatores adolescentes. Et ita quidem habet τὸ κατὰ πόδας. Ne mirere autem audiens excusationem pro parte fieri. Vt enim dari potest pro parte, Italicarum pura rerum vel prouincialium, ita & excusari. *In prouincia.* In prouincia, vel in prouincialibus rebus, vel potius in prouincia in qua res sunt, & lege voicam Constitutionem tit. 32. non quod & in Italia domicilium habuerint, & in Italia potoetint curatores petere secundum eandem Constitutionem.

b Theod. Ingenuus non gerit tutelam liberti, sed excusationem habet. lege 5. Constit. huius tit.

c Thal. Dicitur enim initio 1. dig. 27. lib. ingenuum liberto tutorem dari non debere, sed ibi additur bellissime, si inopia sit libertorum illis locis, tunc necessario ingenuos dari.

d Verisimile est ignorante viro ipsam sibi eum curatorem perijsse.

e Sciendum quod traditur in Institutionibus ad finem tit. de excusationibus, virum vxori suæ curatorem datum se excusare debere * 2. Const. refertur virum suæ vxori curatorem dari non posse. In hac autem Constitutione dixit, Securus es, non dixit, per excusationem, vel quod datio inutilis sit. Vti ergo debemos hoc intelligere? Disce non esse mirum si quandoque excusatione vtitur, quandoque dicat dari non posse. nam & de ingenuis libertino tutoribus datis 102. dig. 1. tit. 27. lib. Sic, ingenuus libertino tutor datus excusari debet. quomodo hæc debemus intelligere? perperam dari, quia se excusare possunt. nam si contrarium dixeris, ipso iure inutilem dationem esse, hoc eos probare oportet vtentes excusatione pugnare contextui 8. dig. eiusdem tituli dicentis non posse eis objici præscriptionem temporis excusationum. nec enim necessaria excusatio est. nam hoc in eo dig. dicitur de tutore perperam dato.

f Libertus filio patroni sui tutor datus, excusationem non habet. Lege 16. Const. huius tit. & 2. Const. 65. tit. huius libri.

g Nam alij omnes tutores finita tutela curatores dati, si nolint curam administrare, recte se excusant, vt dig. 20.

h Theod. Ex quo cognouit se tutorem vel curatorem datum, intra 1. dies se excusare potest, etiam si testamento datus sit, vt ait 11. Const. huius tit. nec te lateat 16. Const. eiusdem tit. quæ ait intra annum se excusare tutorem datum ei cum quo de hereditate litigat.

i Si c. 3. Const. ait exclusum præscriptione temporis nec prouocantem, rei iudicatæ adquiescere debere, Theod. Tutor vel curator qui excusat se, non recepta excusatione si non appellat, oneri administrationis obstringitur. Ait namque 15. Const. huius tit. non admissa excusatione appellationis causam agi, etiam post pubertatem pupilli. At sciendum est quod cauetur 12. Const. huius tit. a nominatione sola tutorem appellare necessarium non esse.

quod no-

quod notandum quasi speciale in tutore solo. generaliter enim traditum est lib.7. tit.62.
85. Const.7. nominato ad publicum munus se excusandi causa necessariam appellationem esse.

k Qui fiscalia administrant, tutelæ excusationem habent, vt didicisti in Institutionibus. Et ideo Constitutio ait quod & si illi habeant excusationem, coloni tamen non habent.

l Theod. Iusta causa excusationis non est, si quis vnum oculum amiserit. sciendum
86. tamen est quod ait 1. Const. 68. tit. huius tit. vtroque lumine captum, tutelam non suscipere.

m Bene, vnum. nam si ambos amiserit, excusatur. τὸ κ̀ πόδας fingit eum prius susce-
87. pisse tutelam quam oculum amitteret.

n Non conductores dicit sed susceptores publicorum, quales nunc sunt Secretici.

o Sic dicitur 13. dig. 1. tit. 27. lib.

88. p Vt dato curatore tam ipse quam curator periculum administrationis sustineant.

89. q Nec senatorum quidem liberti nedum priuatorum excusationem habent. Ex maiori minus colligit.

r Theod. Qui accipit pecuniam, ne quem tutorem faciat, punitur. Id obserua, ita demum Constitutione sumptuum repetitione coerceri magistratus, si de industria hac præcipue causa dederint eum tutorem vt lite fatigarent.

s Vt sciamus an quasi perperam excusauerit se eius temporis periculum sustinere debeat.

t Theod. Nurui suæ tutor datus se excusare debet. alioquin infamis fit. Idem ait 4. Const. huius tit. de eo qui duxit pupillam suam.

u τὸ κ̀ πόδας sic habet. Nam quod dominum bonorum patrem pupilli vsumfructum reliquisse quondam vxori proponis, ad excusationem tutelæ hereditatis non est idoneum.

x Theod. Qui tutelam gessit matris, filij eius tutor esse non vetatur, & excusationem non habet, quamuis contrariam tutelæ actionem habeat aduersus eam. Memineris 3. Const. 58. tit. huius libri, quæ ait recte tutelam priuigni geri. Lege & 24. Const. huius tit. Hic tutor cum impendisset quædam erga pupillum, sibi tutelam remitti postulauit, vt contraria tutelæ ageret aduersus matrem pupilli. quod ei denegat Constitutio.

y. Qui tutelam gessit, eiusdem curam gerere non cogitur. hoc de solis ingenuis intelligas. nam libertus eandem excusationem non habet secundum 5. Const. huius tituli.

z Itaque cura liberabitur si velit. idemque in Institutionibus traditur.

a Gerit tutelam quis etiam fratrum vterinorum, quamuis res cum eis communes habeat. Thal. Videlicet fratribus vterinis tutor datus est a præside vel testamento. nam legitimus tutor esse non potest, vt tit.30. Const. 1.

b Theod. Qui se excusauit, periculum non agnoscit administrationis, videlicet si vsus non sit falsa excusatione, vt ait 1. Const. 63. tit. huius libri.

c Nam si condemnatus sit aut necesse habet appellare, aut quasi condemnatus periculo tenetur.

d Nota nouum excusationis genus, quod pupillus actiones habeat in fratres meos vel fratris filios.

e Nauicularius neque tutelam, neque curam gerit eius qui non est ex eodem corpore. Sciendum est quod ait 12. Const. huius tit. vnum eorum qui excusationis priuilegium habent, tutelam gerentem, ceteris non præiudicare.

f Sunt & alia corpora quæ tutelæ vacationem habent, vt in 1. tit. 22. lib.

g Theod. Silentiarius tutelæ & curationis excusationem habet. Memineris 13. Const 34. tit. huius libri lege lib. 12. tit. 16. de silentiarijs.

h Theod. Excusatio ex falsis allegationibus non liberat periculo administrationis.

i Sua sponte extranei quidam pupilli defensionem susceperant.

k Nota non indecenter retractari causam.

l Quia enim se falso excusarunt, ab initio periculum subeunt.

m Theod. Si tutor qui administrarat, dixerit se non administrasse, atque ita excusatus fuerit, nihilominus tenetur.

n Eiusdem. Tutor vel curator absens Reip. causa, si temporis absentiæ excusationem non petat, periculo obligatus manet.

o Temporis absentiæ. significat vero non absentiam Reip. causa eum periculo liberare, sed excusationem.

p Tutor qui Reip. causa abesse desijt, reuersus non cogitur nouam tutelam suscipere, nisi post annum.

q Nam ad veteres tutelas vocatus, non habet anni dilationem, vt in Institutionibus didicimus.

r Idem & in dig. 1. tit. 27. lib. traditur. vbi aptissime tractatur de excusationibus militantium, dimissum quidem post annos quinque, anni excusationem habere, post annos octo, biennij, post XII. triennij, post XVI. quadriennij, post XX. perpetuo excusari. quod intelligitur de ijs qui sine ignominia missi sunt.

ſ Theoo Veteranus tutelam vel curam tantum filiorom veteranorum vel militum gerit. nam vt ait 1. Constit. huius tit. priuilegium habent ſi poſt annos xx. militia ſoluti ſint in biennium. Lege lib.12. tit. 46. Conſt. 1. & diſces veteranorum priuilegia. Tò ϰτ̃ πόδας. Quod placuit veteranos tantommodo conueterani filiorum ſeu militum, & qoidem vnam tutelam ſeu curam eodem tempore adminiſtrare compelli, eo pertinet vt ſi alijs dati fuerint iotra ſolemnia tempora, cauſas excuſationis ad competentem iudicem deferant.

ſ Et ſi miles erat, datio erat inutilis, vt didicimus in 2. Conſt. 34. tit. huius libri.

t At pagaous tres tutelas eodem tempore adminiſtrare cogitur.

u Theod. Qui Romæ tres liberos habet, vel iu Italia quatuor, vel in prooincijs quinque, tutelæ & curæ excuſationem habet. lege ſequentem Conſtitutionem.

x Nam ſi ambigatur, non ſuot liberi eius. Idem hoc conſtare prius oportet an ſint liberi eius.

y Theon. Superſtites tantum liberi, non mortui, ad excuſatiooem proſuot. Nota vero & nepotem non prodeſſe ad excuſationem.

z Neqoe tutela neque muneribus ciuilibus pater excuſari poteſt propter amiſſam filiam.

a Nam ſi ſupereſt pater ipſe, computatur avo. Quod ſi defunctus ſit, tunc nepores quotquot ſiot vnius perſooæ locum obtinent, vt didicimus in Inſtitutionibus.

b Hoc eſt intra L. dies.

c Nota quod non dixit, ioutiliter dantur, ſed excuſationem habent. Plus didiciſti in 10. dig. 2. tit. 1. libri ſingularis de tutelis. Idem & in Inſtitutionibus, furioſum recte tutorem dari, quod videatur ſob tonditione dati, ſi reſipuerit.

d Nemo ſimul pluſquam tres tutelas adminiſtrat, lege lib. 10. tit. 48. Conſt. 3. vbi ait habeotem tres tutelas, ciuilium munerum excuſatiooem non habere.

TITVLVS II.

Vbi pupillus educari & morari debeat, & de ſumptibus eius.

VLPIANI.



Rætor [a] ex perſona, & conditione, & tempore ſtatuere debet, vbi ſine ſuſpicione educari [b] pupillum oporteat, nec omnino ſequi hac in re voluntatem [c] patris [d]. Fit autem huius rei diſquiſitio præſentibus cognatis. Alere autem coguntur liberti & parentes [e] & cognati & adfines. Quod ſi heres vel legatarius teſtamento educare iuſſi educationem recuſent, amittunt ea quæ ſibi relicta ſunt exemplo tutorum, ſi idcirco ſint relicta, non etiam ſi ea ſciens educationem recuſaturos teſtator reliquerit. 1.

Idem. In actione tutelæ tutori reputantur [f] impenſæ pupilli & artis mercedes, non quotcumque inſumptæ ſunt, ſed quas prætor decreuit, vel modus facultatum eius exigit. Sed & ſi [g] prætor vltra vires facultatum decreuit, nec prætori ſuggeſſit tutor, non valet. itemque pater, ſi ſupra vires facultatum alimenta decreuerit, tutori imputatur, niſi adierit prætorem, eaque minui poſtulauerit. 2.

Idem. Prætor ſpectare debet, ne vniuerſus reditus impendatur in alimenta pupilli, vel adoleſcentis [h]. Spectare etiam debet mancipia [i], quæ pupillo deſeruiunt, & mercedes, & penſiones, & veſtem, & ætatem eius. In amplo autem patrimonio non ex eius modo, ſed frugaliter ſumptum decernet. Comminari [k] etiam debet tutori gra- 3.

ues vsuras [l] eius quantitatis, quæ supra professionem apud eum fuerit deprehensa [m]. Impendia [n] quoque decernet ad instructionem minorum XX. annis pro ætatis & facultatum modo. Egenum autem pupillum alere tutor non cogitur. Decreta impendia minuuntur ad paupertatem redacto pupillo, & augentur eodem facto locupletiore. Tutori [o] computantur alimenta & liberalium [p] artium mercedes sororis [q] pupilli, si hæc aliter ipsa præstare nequiuerit, licet pater certam ei dotis nomine quantitatem legauerit. 4.

VLP. Causa cognita statuitur vbi educari, & ali pupillus debeat. Suspecti autem sunt hi qui pudicitiæ eius insidiari possunt. 5.

TRYPHON. Si magna negligentia absuerit tutor, vt nec pupilli negotijs consuluerit, nec ei alimenta [r] reliquerit, euocat prætor amicos [s] & cognatos tutoris, & edicto proposito causa cognita examinationem facit, & vel dignum tali nota remouet, vel ei curatorem adiungit, qui expediat alimenta pupillo. Sed si necessario & ex improuiso [t] absuerit adeo, vt nec suis, nec pupilli rebus prouiderit, & speretur redire, & idoneus sit, nec expediat alium adiungi, etiam 6.

Lib. 5. Codicis, tit. 49. absente eo statuet pupillo alimenta ex facultatibus pupilli [u]. Tutius [x] quidem nihil est educatione pupillorum apud matrem, nisi iterum nupserit. Sed si ambigant inuicem cognati, & mater & tutor, præses prouinciæ inspecta coniunctione [y] & qualitate [z] personarum, præcipiet apud quem educari eum oporteat, & is cui præceperit omnimodo compelletur pupillum suscipere. Habebat quis nepotem ex filia impuberem sui iuris. idem nepos habebat patruum legitimum tutorem. quæstio erat inter auum maternum & patruum, apud quem educari potius nepos deberet. quamobrem ita rescribit Constitutio: Vtrum nepos ex filia apud te, an apud patruum suum morari debeat, ex singulorum affectione, & qui magis ex spe hereditatis [a] propior sit, æstimabitur. Is [b] cuius tutela, vel cura geritur ali debet sine mora [c], licet de statu [d] eius, aut bonis controuersia moueatur. Constitutio ait, etiam si non adeat præsidem [e] tutor, vt alimenta pupillo decernantur, impenderit tamen vriliter alueritque pupillum, & præceptoribus mercedes præstiterit, hæc ei debere imputari. fortasse enim tutius fuit non adire præsidem, ne cum de bonis quæritur, vel æs alienum quod latebat pandatur, & patrimonij quantitas proferatur. Consequetur itaque tutor ea quæ iusta ex causa impenderit, nisi probetur [f] aliunde pupillo exhibita alimenta. Eadem etiam accepto ferri oportet [g] pro liberalibus studijs præstitas mercedes. 1. 7. 2. 8. 1. 9. 2. 10.

Lib. 5. Codicis, tit. 50.

1.

2.

3.

a Frequenter adiri præsides, & prætor solent, vt constituant apud quem debeant pupilli morari & a quo educari, & non solum in postumis hoc locum habet, sed & generaliter in omnibus pupillis.
b Quid significetur educandi verbo, disces in fine 1. tit. 34. lib.
c Denique cum quidam testamento cauisset, pupillum apud substitutum ali, Seuerus rescripsit cognoscere hac de re prætorem præsentibus cognatis pupilli,



d Sicut neque in quantitate alimentorum, vt in fine 2. dig. Sunt vero & alia lib. 26. th.6. th. penul. & dig. 6. & 46.

e In 25. lib. 4. tit. 1. dig. indiſtincte ait pupillum ali vbi decreuerit pater. quod ex hoc capite diſtinctionem recipit. vel illud de his accipi oportet, de quibus dubitatur & qui cuſtodia egent, hoc vero de his quos filios eſſe defuncti conſtat. lege lib. 33. tit. 1. dig. 7. Nouella autem de nuptijs, 33. cap. ait eam quæ iterum non nupſit, præferri omnibus in educatione liberorum, cui congruit lib. 5. Codicis tit. 49.

f Officium iudicis eſt admittere reputationes tutoris iuſtas. lege lib. 5. & lib. 33. tit. 1. dig. 7.

g Non omnino patrimonium excutit prætor propter rationem poſitam lib. 5. Codicis tit. 50. Conſt. 2.

h Sed & detracto ſumptu pars reditus ſupereſſe debet.

i De ſeruis lege lib. 26. tit. 7. dig. 13. & lib. 5 Codicis tit. 37. Conſt 22.

k Exigere autem debet a tutore vt inuentarium faciat bonorum pupilli, & comminari ſi patuerit plus habere tutorem quam profeſſus ſit, grauiores vſuras infligi eius quantitatis quæ poſt inuentarium apud eum deprehenſa fuerit.

l De vſuris pupillaribus lib. 26. tit. 7. dig. 7.

m Ne fingas eum quæ profeſſus non eſt intercepiſſe. alioquin in duplum tenetur, vt tit. 1. dig. 1. & lib. 26. tit. 7. dig. 24. Sed inuentarium non confeciſſe, vt lib. 26. eodem tit. dig. 6.

n Debet etiam instructioni pupillorum vel adoleſcentium attendere & pro modo facultatum & ætatis cuius eſſe dicuntur impenſas decernere. CYRILLI. Statuat etiam quæ dentur ad instructionem iuuenum vſque ad annos xx. pro modo facultatum & ætate iuuenis.

o Quidam ſcripto herede filio iuſſit, ſorori eius cum nupſiſſet ducenta dari dotis nomine, nec quidquam præterea & tutorem duobus liberis Sempronium dedit. Cognati & propinqui pupillæ tutorem perduxerunt, ad magiſtratum atque ita effecerunt, vt is iuberetur pro pupilla præſtare mercedes præceptoribus liberalium artium. & poſtea pubes factus frater eius dedit ei puberi iam factæ ducenta quæ pater legauerat. Quæritur an actione tutelæ conſequi a tutore poſſit quod in alimenta & mercedes præceptorum is præſtitit ſorori eius. Et Iulianus reſpondit, Etiam ſi citra magiſtratus decretum tutor ſororem pupilli aluerit, & liberalibus artibus inſtituerit, cum hoc aliter ei contingere non poſſet, imputari tutori hoc non poſſe neque a pupillo ſuperſtite, neque a ſubſtituto eius, ſi impubes deceſſerit.

p Liberales artes hoc dicit artes muliebrium operum. Quid vero ſint liberalia ſtudia, lege lib. 50. tit. 13. dig. 1.

q Quin & reprehenditur ſi matrem & ſororem pupilli non aluerit, vt tit 3. dig. 1. Lege & lib. 26. tit. 7. dig. 12. 13.

r Quod ſi præſens alimenta non præſtiterit quaſi inopi & in mendacio reuincatur, etiam corporaliter punitur, vt in fine 1. Inſtit. & lib. 26. tit. vltimo, dig. 3 & 7.

ſ Amicos dicimus non leuiter nobis cognitos, ſed qui iura nobiſcum habent ex ratione & occaſione iuſta, vt lib. 50. tit. 16. dig. 223. Sic generaliter de ijs qui mittendi ſunt in poſſeſſionem bonorum abſentis lib. 4. tit. 6. dig. 23. & lib. 42. tit. 4. dig. 5.

t Vt ſi ſubito ad cognitionem principis vocatus ſit.

u At ſi ne præbeantur alimenta latitet, ex tutoris facultatibus alimenta præſtabuntur, vt lib. 26. tit. 10. dig. 7. & Inſt. 1 tit. 26.

x THEOD. Mortuo patre ſuperſtites liberi morari apud matrem ſuam debent. Sed ſi cognatos habeant, & hac de re oriatur quæſtio, vbi præſes arbitratus fuerit. At ſciendum quod ait 2. Conſt. huius tit. neminem pupillos apud ſe habere debere, quorum ſperat ſucceſſionem. Id autem quod dicitur hoc loco, morte ſoluto matrimonio locum habet. nam ſi repudio ſoluatur, liberi manent apud eum parentem qui repudio cauſam non dedit, ſecundum No. 117. Memineris & 1. Conſt. 24. tit. huius libri 5. Non eſt hoc ſcholium Thalelæi, ſed in fronte Codicis id adnotatum inueni, licet infirmetur No. 22. quæ ait mulierem filiorum ſuorum tutelam, gerentem iurare ſe iterum non nupturam. At No. 22. tollit No. 117. & 115.

y Quis proximior ſit, & quem veriſimile ſit potius pupillo inſidiaturum propter ſucceſſionem eius, vt ait ſequ. Conſt.

z An honeſti ſint locupletes, an digni quibus educatio committatur.

a Hoc dixi iam in 1. Conſt. ſuſpectos eſſe eos qui proximiores ſucceſſores ſunt.

b THEOD. Tutor præſtat alimenta pupillo ſine mora interuentu præſidis. namque ait 2. Conſt. huius tit. decreto præſidis alimenta conſtitui. Sciendum tamen quod noue traditur in eadem Conſtitutione, ſi quid neceſſario ſine magiſtratu in alimenta, vel inſtitutionem pupilli impenſum ſit, id ei accepto ferri arbitrio boni viri. Idem ait & 3. Conſtit. 37. tit. huius libri 5.

c Sine mora ſtatui alimenta debent pro modo facultatum, niſi valde ſit locuples. tunc

enim non pro rata patrimonij, sed alimentorum quantum salus erit pupillo statui oportet, vt dicitur in 3.dig. 2.tit. 27.lib.

d Et si de statu vel de hereditate cum eo agatur, ali interim debet. nam & defuncti mulier cum ventris causa in possessionem mitti postulat, interim quidem mittitur & alitur ex bonis, sed alia ratione, quia tenetur postea, si calumniæ causa id fecisse deprehendatur.

e Dixi iam, si idoneæ sint facultates pro modo earum alimenta præstari.

f Pupillo incumbit onus probandi alium sibi alimenta præbuisse.

g Nam reprehenditur tutor qui eum non instruit. & hoc Constitutionis ius traditur in 11. dig. 7.tit. 1.libri singularis de tutelis, quod est Pauli ex libro 35. Edicti.

TITVLVS III.

De actione quæ in tutores & curatores datur, & † de rationibus distrahendis.

†, καὶ τοῦ παρατίθεσθαι αὐτοὺς τοὺς λογισμούς.

VLPIANI.



1. SIVE [a] tutor fecit quæ non debuit, siue [b] non fecit quæ debuit, tenetur tutelæ actione. Debet autem culpam [c] & dolum, & diligentiam qualem in suis rebus [d]. Et tenetur si pupillo auctor fuerit donanti simpliciter [e], vel mortis causa. nam sicut testamenti factio, ita & donatio mortis causa pupillis [f] interdicta est, & simplex [g] donatio irrita est [h]. Sed ex [i] scripta sententia ad alendam matrem, vel sororem pupilli inopem, tutor auctor fit recte, quinimo si tales impensas non fecerit, hoc ei tutelæ actione imputatur. Debet [k] & rationem actus sui conscribere & pupillo reddere. Adhibita [l] quæstione serui interrogantur. nam si non inueniatur inuentarium, neque instrumentis actus ratio constet, serui actus sui rationes conscribunt, & torquentur si tutores dicant non ex fide conscriptas. Tunc alere debet matrem pupilli, cum ipse [m] pupillus est perquam diues, ipsa perquam egena. sed & munus nuptiale ei mittere non debet. Liberto inopi, cui tutelæ administratio iniuncta [n] est, contutores possunt [o] certam summam statuere, siue ex testamento, siue a præside ex lege dati sint. Reputantur etiam ei cibaria [p] seruorum, & quæ iusta ratione impendit in libertos & ingenuos, sumptusque litis [q] & itineris si iusta ex causa peregre abierit. Si omnes tutores gesserint tutelam, omnesque soluendo sint, exemplo fideiussorum, pro portionibus virilibus conueniuntur. Sed si quidam soluendo non sint, inter eos qui soluendo sunt actio diuiditur. & qui ex administratione pro contutore soluit, etiam si mandata ei non sit aduersum eum actio, habet [r] vtilem [s], non etiam si ex communi dolo [t] conuentus præstiterit, quia societas maleficiorum non est [u]. At si omnes sint non soluendo, magistratus & fideiussores conueniuntur prius quam contutores. Si tamen cum deberent suspectos facere contutores, vel satis ab eis accipere, supersederint, conueniuntur ipsi prius quam magi-

Lib. 27. Dig. tit. 3.

stratus. Hæc actio [x] successoribus, & in successores competit. Et ante condemnationem [y] & post condemnationem recte desiderat tutor sibi cedi actiones aduersus tutores, pro quibus condemnatus est. Qualiscumque [z] tutor conueniri potest actione Rationibus distrahendis: quæ condemnationem habet, non id quod interest, sed in duplum prætij. Competit vero tam hæc quam tutelæ actio: & altera alteram perimit. Furti tamen actionem actio tutelæ non perimit, si quid tutor subripuerit. Rationibus [a] distrahendis datur successoribus [a] non etiam in successores. & competit finita tutela [b].

PAVLI. Is vero solus ea tenetur, qui in tutela gerenda rem pupilli abstulit. quod si furandi animo abstulit, etiam furti tenetur, nec altera alteram consumit. Competit & condictio furtiua, & restituta re, extinguitur actio Rationibus distrahendis. Inest [c] autem duplo & res ipsa. 2.

POMPON. Si [d] instituta actione tutelæ, vel negotiorum gestorum incertum sit, quantum debeatur tutori vel curatori, cautio [e] eis præstatur. 3.

PAV. Finita tutela, agitur tutelæ. Finitur autem non tantum pubertate, sed & morte tutoris vel pupilli. Filiusf. [f] qui tutelam administrat, directo tenetur post emancipationem. Pupillus qui intendit actionem tutelæ, nihil [g] agit. In curatorem furiosi competit actio negotiorum gestorum [h] etiam dum negotia gerit. 4.

VLP. In actionem [i] tutelæ venit actio commodati & depositi, qua tutor tenetur, & repetitur per eam, vel per condictionem ob turpem causam datorum, quod forte accepit rei reddendæ causa. 5.

IDEM. Non tenetur pater eorum nomine quæ filius tutor commisit post emancipationem, ex dolo commisso ante emancipationem tenetur. Si pupillus heres extiterit ei cuius tutelam tutor suus gesserat, vt heres agit tutelæ actione. Si tutor [k] capiatur ab hostibus, tutela soluitur, & fideiussores eius conueniuntur, & defensor si quis est & curator bonorum eius [l]. 6. 7.

PAPIN. Quamuis postliminio tutela redintegrari possit. 8.

PAPIN. Si tutor abfuturus Reip. causa excusauerit se, tutelæ [m] iudicio tenetur, & eo reuerso qui in locum eius datus est, esse desinit, & conuenitur. Si minore [n] tutore legitimo existente, alius detur, & interim perfectæ ætatis fiat, transfertur in eum tutela, & in eum qui datus est [o] competit tutelæ actio. Idem non est in testamentario [p], quia semper legitimo præfertur. Existente [q] conditione testamentariæ [r] tutelæ, tutor esse desinit, & conuenitur qui a magistratu datus est. Idem est & in eo qui ad tempus testamento datus est. & generaliter, manente eadem tutela, tutelæ [s] non agitur. Sed si qui desijt [t] esse rursus tutor fiat, prioris tutelæ conuenitur per specialem curatorem [u], vel per contutores, quibus sane imputabitur, cur non egerint si medio tempore soluendo esse desierit. Tutor non tenetur, licet cu- 9.

rator ei

rator ei adiunctus [x] sit quasi suspecto. Tutore confiscato, cum fisco agitur, & in locum eius curator datur. Ceteræ [y] actiones competunt aduersus eum qui tutelam administrat veluti furti, damni iniuria, condictio furtiua.

10. PAVLI. Sed non intenduntur interim. At mortuo eo, in heredes eius competunt, quamuis natura earum hæc sit, vt morte intereant.

11. VLP. Filiusf. tutor sui iuris effectus, tutor manet, & eius temporis nomine quod est ante emancipationem, post pubertatem impuberis inquantum facere potest [z] condemnatur, eius vero quod est
2. post emancipationem, insolidum. Pater autem intra annum [a] a finita tutela connumerandum, de peculio tenetur.

12. VLP. Nam neque filius cum patre agere potuit ex suo facto, neque ipse filius manente tutela exigitur.

13. VLP. Tutor [b] qui post pubertatem pupilli negotia administrauit,
3. si quidem coniuncta [c] erat administratio, eius etiam nomine iudicio tutelæ tenetur, sin minus, actio tutelæ deuoluitur [d] in actionem neg. gestorum. debuit enim sibi soluere, sicut si curator adolescenti datus
4. esset. Quod si breui tempore intermisso post pubertatem administrauerit, & tutelæ & neg. gestorum actione tenetur.

15. VLP. Etiam si ob dolum communem cum vno ex tutoribus is cuius tutela gesta est transegerit, hoc alteri non prodest, cum vnusquisque ob suum dolum teneatur. Solutione [e] tamen vnius alter [f] libe-
5. ratur, vt fit [g] in actione depositi & commodati & mandati.

16. IDEM. Nec actio ex stipulatu [h] quidem in eum intenditur, qui adhuc tutor est, vel in fideiussores eius. Actio autem neg. gestorum e-
6. tiam in eum intenditur, qui adhuc [i] curator est pupilli, vel adolescentis.

7. 17. IDEM. Tutores [k] vel curatores sumptus litis præbere non coguntur pupillis siue adolescentibus qui litem inferunt.

18. PAPIN. Si administratis & venditis rebus paternæ hereditatis, pupillum tutor abstinuerit, confestim creditoribus tenetur, vt reddat si
8. quid forte ex hereditate apud eum remanserit, & pupillo post puber-
9. tatem, si perperam [l] cum non deberet dolo vel culpa eum abstinuerit.

19. PAVLI. Si curator probauerit nomina debitorum, de eis tutor [m] non tenetur [n].

20. PAPIN. Si alterius tutorum heres in maiorem pecuniam condemnatus restitutus sit, non potest is cuius tutela gesta est in alium experiri, nisi minor sit annis XXV. Verum actionem [o] in eum habet in quantum alter releuatus est. Etiam si damnati sint adolescenti curatores, quod a tutore minus exegissent, integra est adolescenti aduersus tutores restitutio [p], & ceditur [q] ea curatoribus opposita exceptione doli, si nondum soluerint.

21. IDEM. Recte intendo actiones [r] mihi cessas ab adolescente aduersus contutorem, etiam posteaquam persolui solidum.

PAVLVS. Priuilegium ſ adoleſcens habet, etiam ſi agat aduerſus defenſorem tutoris. Conuento t herede neque curator liberatur, neque heredes magiſtratuum. 22. 23.

PAVLI. Poſtumo non nato, tutor ei datus non eſt tutor, & neque tutelæ, neque protutelæ, neque negotiorum geſtorum u, ſed vtilis in eum actio eſt. 24.

HERMOGENIS. Non ſolum x aduerſus tutorem, bonaque eius priuilegium competit actionis tutelæ, ſed & aduerſus eum qui adminiſtrat quaſi tutor, & aduerſus curatorem pupilli & furioſi, niſi ab eis cautio præſtita ſit. 25.

a Tutelæ & negotiorum geſtorum & contrariæ ex quaſi contractu ſunt, vt Inſt.3. tit.27.

b Lib.50.tit.17.dig.120. dicitur eum qui non facit quod facere debet contra legem facere videri.

c Eadem etiam exigit protutelæ, vt tit.5.dig.4.

d Non ſimpliciter, ſed qualem diligeos vit, vt lib.26.tit.7.dig.33.

e Nam & ſi dominium non transferatur, is tamen qui accepit fortaſſe conſumpſit rem & ſoluendo ooo eſt.

f Recte ait popillis, videlicet ſui iuris. nam vt ait lib.50.tit.16.dig.238. pupillus eſt impubes ſui iuris. is enim qui eſt io poteſtate oec volente patre teſtamentum facere poteſt, donat tamen mortis caoſa eo permittente, vt lib.39.tit.5.dig.7.& tit.6.dig.24.

g Sed ſi ooo erat impubes, donatio valet, & per reſtitutionem adiuuatur. Verum ſi donata ſit res ſoli, quia nihil actum eſt, reſtitutione opus non eſt, vt intelligi poteſt ex 2.Conſt. 29.tit.2.libri Codicis.

h Interdum donant parentibus & ſororibus & cognatis pupilli, de quibus habes th.4. huius digeſti & tit.2.dig.4.

i Sed & ſi dooario inter viuos facta ſit tutoris auctoritate, plerumque non valet donatio, ſi decretum interueniat. nam quid ſi matri vel ſorori quæ aliter ſe tueri non poſſunt, tutor alimenta præſtiterit. Nam cum tutelæ actio bonæ fidei ſit, nemo feret pupillum vel ſubſtitutum eius querentes quod tam coniunctæ perſooæ alitæ ſint. quinimo per contrariom Iulianus putat imputari tutori ſi tales perſonas non aluerit.

k Officiom tutoris eſt ratiooes actus ſoi conficere & pupillo reddere poſt pubertatem. Si non cooſcripſerit rationes ſuas & non exhibuerit eas ac reddiderit pupillo, hoc nomine tutelæ damnatur. ſeruos etiam pupilli interrogari & noonunquam torqueri oportet officio iudicis. Et D. Seoerus decreuit cum oeque iouentaria bonorum pupilli inuenirentur neque meoſariæ rationes appareteot, hoc remedio nos vti vt a ſeruis qui res pupillares geſſerunt, rationes exigantor & confectæ a ſeruis rationes proferantur, & ſi tutores dicaot mala fide ſeruos ratiooes conſcripſiſſe, tum de ijs etiam quæſtione interrogentur.

l De ſeruis qui quæſtione adhibita interrogantur, lege lib.26.tit.vlt.& lib.5.Codicis tit.37. Conſt.22.De eo autem qui non facit inuentarium, lege lib.26.tit.7.dig.7.& lib. Codicis tit. 37.Conſt.24.& tit.51· Cooſt.13.& tit. 53.Conſt. 4.5.

m Similiter lib.26.tit.7.dig.13.& lib.25.tit.3.dig.5.

n Pone patrem dediſſe tutores io teſtamento, & eis adieciſſe libertum ſuom per quem voluerit tutelam adminiſtrari.

o Is etiam qui tutorem dedit certum ei ſalarium recte conſtituit, vt lib.26.tit.7.dig,33.

p Seruorum ſumptum definit lib.5. Codicis tit.17. Conſt.22. De ſumptibus libertorum & ingenuorum didiciſti, lib.26.tit.7.dig.12.

q De ſumptibus litis, traditur lib.26.tit.7.dig.9. iuſtos reputari. ſed ſi cum vero creditore litigarit, oon reputantur, vt eſt in eo digeſto, & lib.31.dig.79.th.3. in quo ait & damnum quod ex eo contigit pupillo præſtari.

r In 2. Conſt. 52.tit.5. libri Codicis ait, in eadem prouincia ſi tutores vel curatores communiter adminiſtrauerint vel ipſi inter ſe adminiſtrationem diuiſeriot, adoleſcens a quo voluerit ſolidum exigere, ceſſis actionibus aduerſus alios. In prima autem Conſtit. 58. tit eiuſdem libri, Eum qui pro contutore ſoluit agere non poſſe, vt ſibi cedantur actiones aduerſus eum qui iam ſolutione liberatus eſt. Sed ſi nomen emerit & in rem ſuam procurator datus ſit, acturum iudicari.

ſ Vtilem negotiorum geſtorum. Eadem enim datur etiam magiſtratui aduerſus magiſtratum lib. 3. tit.5.dig.29.

t Lege dig.15. & lib.26. tit. 7. dig. 37. Lege lib. 23. tit. 7. dig. 25. 37. & lib. 46. tit. 3. dig. 76. & 95.

22. & 95. ante finis 2. thema. & lib. 5. Codicis, tit. 58. Const. t.

23. t Tum enim neque ceditur actio neque vtilis competit.

n Maleficij & rei turpis societas non valet, vt lib. 17. tit. 2. dig. 57. & lib. 46. tit. 1. dig. 7. flagitiosæ rei societas non est.

24. x Lege lib. 5. Codicis tit. 54. & huius libri tit. 7. dig. 4. & tit. 8. dig. 4.

y Lege dig. 21. & lib. 26. tit. 7. dig. 37. 41. & lib. 5. tit. 58. Const. 1.

z Hoc est non tantum legitimi, sed & omnes qui tute sunt tutores & gerunt tutelam.

a Rationibus distrahendis omnis tutor tenetur, per quam petitur duplum rei & non eius quod interest. Et si ea actum sit extinguitur tutelæ actio, & contra si tutelæ actum sit,
25. ea extinguitur, non etiam furti, quia tutelæ non agitur quod tutor pecuniam subripuerit & non duæ actiones sunt ex vno facto, sed duæ obligationes.

a Successoribus pupilli ob ea quæ interuertit tutor viuo pupillo.

b Et constante adhuc tutela, vt dig. 7. & multis alijs.

c Hæc actio licet in duplum sit, non tamen duplum pœna est, vt in actione furti, sed in simplo vno est res, in altero pœna.

c Non id quod interest duplatur sed pretium, vt dig. t. Lege lib. 26. tit. 7. dig. 24. th. 2. Cyrilli. Hæc actio mista est.

d Si tutelæ agatur cum tutore, vel negotiorum gestorum cum eo qui aliena negotia administrauit, & incertum sit quantum debeatur tutori, vel procuratori, adeo vt non possint ipsi compensatione vti confestim, cauendum eis est eorum nomine quæ vicissim debentur.

e Sed & si non præstetur, salua est actio, nisi iudex oppositam compensationem reprobauerit, vt lib. 16. tit. 2. dig. 7. & tit. 4. huius libri dig. 1. Ea enim quæ certa sunt & facilia probatu non etiam ea de quibus ambigitur, in compensationem oportet admitti, vt lib. 4. Codicis, tit. 31. Const. vlt.

f Modo autem in solidum modo in quantum facere potest, condemnatur, vt didicisti lib. 14. tit. 1. & lib. 4. Codicis, tit. 26. Lege huius tituli dig. 11. 12. & lib. 26. tit. 1. dig. 7. & tit. 7. dig. 27. Lege huius libri tit. 1. dig. 16. in fine.

g Hoc est, non consumit eam. Hoc autem de impubere intelligatur secundum 9. dig.

h Nec enim idem ius in hac valere debet quod in actione tutelæ, quam is qui nondum pubes est, non existimatur intendere recte.

i Si tutor rem sibi depositam vel commodatam a patre pupilli non reddat, non solum depositi vel commodati, sed & tutelæ eius rei nomine tenetur. Sed si pecuniam acceperit vt reddat depositum vel commodatum, propter hanc pecuniam non tantum depositi aut commodati, sed & Condictione ob turpem causam tenetur.

k Calocyri. Incertus enim est reditus captiui tutoris, & ex spe infirma pendere non debet res pupilli.

k Si tutor captus sit ab hostibus, quia finita videtur tutela, ipse quidem cum seruus sit hostium non conuenietur; fideiussores tamen qui pro eo rem saluam fore spoponderunt, recte conuenientur. sed & si quis velit captiuum defendere, recte cum eo tutelæ agetur. Item si curator detur captiui bonis, cum eo etiam recte tutelæ agetur, quamuis spes sit recipiendæ tutelæ iure postliminij.

l Lege lib. 26. tit. 1. dig. 14. cum adnotationibus. Datur enim curator bonis captiui, vt lib. 26. tit. 1. dig. 6. & lib. 22. tit. 4. dig. 6. quod & lege cum adnotationibus.

m Cyrilli. In tutorem qui abest Reip. causa & excusat se, competit actio tutelæ, quo reuerso in eum competit qui in eius locum datus est, quia tutor esse desinit.

m Atqui in dicitur lib. 5. dig. 15. & 16. curatorem dari in locum absentis Reip. causa, nec desinere esse tutorem. quod si non desinit esse tutor, quo modo competit actio tutelæ? lego & huius libri tit. 1. dig. 46. th. 1. Idem vero ait & in omnibus qui ad tempus excusantur in supradicto 16. dig. 26. lib. 5. tit. Calocyri Proconsulis. Tunc in locum absentis Reip. causa tutor datus, esse desinit, & conuenitur, cum vel is reuersus pristinam tutelam sponte recipit, vel eo reuerso datus in locum eius, adit magistratum tutelæ deponendæ causa, nam si nihil horum fiat, tutor manet vsque ad pubertatem. Et quia horum vtrumque est in ambiguo, inprimisque reditus tutoris, interim tutelæ actio locum habet. Et ita tollitur adnotationis dubitatio, quod inuestigaui ex fine 49. cap. 1. tit. huius libri, vt nisi vel reuersus sponte adsumat tutelam, vel a dato in eius locum curatore magistratus admoneatur, vt reuerso reddatur administratio & ipse desinat esse, quod voluntatis est, non necessitatis, maneat cura vsque in pubertatem. Eiusdem. Existunt & alij interpretes in hoc capite, maxime Innominatus, qui monent potius quam soluant dubitationem, vt ex eorum constat in hunc locum additionibus, quibus clare quidem admodum & late, quando curator & quando tutor in locum absentis Reip. causa detur, docent, sed quando absens tutelæ teneatur vel non quæstionis esse aiunt. Sciendum tamen est absentem Reip. causa, quamdiu abest numquam teneri tutelæ actione, nisi is qui eum testamento dedit, dixerit, Tutor ne esto filiorum meorum cum Reip. causa aberit, Rursus tutor esto cum redierit. nam si ita dixerit testator, duæ in-

telligntur esse tutelæ, & priore finita ob absentiam Reip. causa, merito tutelæ actio locum habet. & huic casui adhæiendum est.

n Si duobus impuberibus tutor datus sit, & alter eorum verbi gratia fuerit annorum XIII. alter postumus vel anniculus, & transierint XII. anni, atque ita maior impleuerit annos XXV. minor peruenerit ad XII. vel XIII. & in tutelam fratris sui reciderit.

o Datus tutor ideo tenetur tutelæ quia desinit esse tutor. Hoc ita si a magistratu datus sit duobus fratribus. nam si testamento datus sit, non desinit esse tutor, quod alter factus sit annorum XXV. quia legitima tutela testamentariæ cedit. CYRILLI. Si legitimus tutor minor sit XXV. annorum, & alius detur, hic desinit illo suæ ætatis facto, nisi testamento datus sit. hic enim præfertur legitimo. Idemque est si detur in locum dati sub conditione & extiterit conditio, vel si vsque ad certum tempus detur.

p Atquin dig. II. tit. I. dixit interim curatorem dari.

q Si testamento tutore dato sub conditione, ea pendente alius tutor detur ex inquisitione, postea existente conditione, quia tutor esse desinit is qui datus est ex inquisitione, tutelæ tenetur. idem dicemus & si quis testamento datus sit tutor vsque ad certum tempus, & generaliter quod traditum est pupillum cum tutore suo agere tutelæ non posse, tunc est verum cum eadem tutela manet. absurdum enim erat administrationis negotiorum rationem ab eo reposci, qui in ea adhuc perseueraret. Quoties autem desijt esse tutor & iterum cœpit, ex alia tutela pupillo debitor est & conueniri potest, sicut si pecuniam creditam a patre eius accepisset. Quem igitur effectum hæc sententia habeat, videamus. nam si solus tutor est, ipse secum agere non potest, sed specialem curatorem litis dari oportet, vel pone eum contutorem habere qui possit aduersus eum iudicem accipere, ex quibus causis pupillo nondum adulto tutelæ agi potest. vnde si medio tempore qui tutelæ conueniri potuit solnendo esse desierit, imputabitur contutoribus eius cur non egerint cum eo. Quod si tutori curator sit adiunctus, quamuis vt curator, non tamen tutelæ cum eo agetur. quia tutor manet.

r Datur enim testamentarius tutor ex die & in diem & sub conditione, vt lib. 26. tit. 2. dig. 8. non etiam datiuus, vt tit. 1. lib. 26. dig. 6.

ſ Neque contraria, vt tit. 4. dig. 1.

t Si desijt esse tutor & rursus cœpit esse, ex priori tutela tenetur, ac si cum patre pupilli contraxisset. Conuenitur autem vel a curatore dato vel a contutoribus. & si fiat non soluendo, hoc imputatur contutoribus. Quamuis quasi suspecto tutori adiunctus curator sit, non potest in eum tutelæ agere.

u Ait enim lib. 26. tit. 2. dig. 24. si plures sint tutores, supernacuo peti curatorem litis causa. quia altero auctore cum altero agi potest. Lege eiusdem libri tit. 1. dig. 3. 4. 5. 6.

x De eo qui adiungitur ex sententia postulato lege lib. 26. tit. 6. dig. 4. & lib. 5. Codicis tit. 46. Const. 7.

y Si res pupilli tutor corruperit, vel subripuerit, furti & Aquilia competunt etiam manente tutela, sed non sinimus eis pupillum experiri. Quin & si moriatur tutor qui subripuit vel corrupit res pupillares, quamuis sui natura furti & Aquilia in heredes non transeant, dabimus tamen eas pupillo in heredes tutoris, quia videtur ex administratione obligatus esse, propterea quod non exegit a seipso quæ subrepta debuit exigere. CYRILLI. Omnes actiones præterquam tutelæ aduersus eum competunt qui tutelam administrat, veluti furti, Aquilia, condictio furtiua. non intenduntur tamen nisi finita tutela. heredes autem eius tutelæ tenentur.

y Quomodo igitur Rationibus distrahendis in heredes non datur? Quia, vt existimo, finita tutela competit, non manente, vt furti & Aquilia. Ait autem Ceteræ, excipiendo actionem tutelæ, quæ & ipsa finita tutela competit.

z Interdum & insolidum, vt lib. 14. tit. 5. & lib. 5. Codicis, tit. 26. Lege & huius libri tit. 1. dig. 16. finem, & huius tit. dig. 4. 6.

a Quamuis generaliter de peculio actio post emancipationem annalis sit, quia tamen vtilis est annus, non ante is annus cedit quam finita fuerit tutela, & tutelæ agi potuerit. annus enim computari incipit ex quo competierit intendique potuerit actio. nam filius tutor propter delictum a se in tutela admissum, pupilli nomine cum patre agere non potuit quamdiu tutela mansit. sed neque ea finita. Merito igitur annus omnino † cedit, quia nec pupillus ipse *agere* ex facto filij *agere* potuit.

† Videtur deesse negatio. Quia sane omnino non videntur Greci Latinũ contextum adsequuti.

b Si tutor post pubertatem pupilli in administratione negotiorum perseuerauerit, aut connexa quædam administrauit, hoc est impleuit quæ cœperat ætate pupilli, & horum nomine tutelæ tenetur, quia non potuit expedire administrationem nisi cœpto negotio perfecto, aut post pubertatem pupilli noua negotia attigit, vt puta vendidit emitve fundum aut seruum pupillo, & neque venditionis eius neque emptionis ratio iudicio tutelæ continebitur. nam ea tantum quæ connexa sunt veniunt in tutelæ actionem. Sed vt id verum est, ita & hoc, si pupilli negotia administrare cœperit post pubertatem, quasi negotiorum gestorem eum teneri, quia debuit a seipso rationem tutelæ exigere. Sed & si quis cum tutelam admi-

nistrasset curator adolescenti fuerit datus, tenetur actione neg. gestorum, vtili scilicet propter curationem. Quod si post pubertatem tutor breui tempore abstinuerit administratione, deinde cœperit administrare rem adolescentis, & tutelæ tenetur ratione temporis quod fuit ante pubertatem, & negotiorum gestorum ex administratione suscepta post pubertatem. Sciendum est contextum Basilici sumptum esse ex Cyrillo. Innominatus autem sic habet, Si tutor post tutelam administrauerit, ea tantum quæ connexa sunt veniunt in actionem tutelæ. Si vero finita tutela curator fiat vel negotiorum gestor. tutelæ actio deuoluitur in actionem neg. gestorum. quia debuit sibi ipsi soluere. Sed & si post finitam tutelam breui tempore intermisso administrauerit, tutelæ tenetur & neg. gestorum.

c Connexa quæ sint dicitur lib. 3. tit. 5. dig. 16. Lege & lib. 26. tit. 7. dig. 36. 38. 45.

d Atqui libro 3. tit. 5. dig 34. Scæuola ait non deuolui actionem tutelæ in negotiorum gestorum, quod adolescentis interfit tutelæ agi. Sed ibi loquitur de directa neg. gestorum, quæ priuilegium non habet. Hic de vtili quæ in curatorem datur. & lege ibidem adnotata.

e Pone conuentum vnum ex ijs qui dolum fecerunt omne quod interest pupillo præstitisse. Caloecyrii Proconsulis interrogatio. Cur cum delicti inter eos societas non sit, vnius solutio alijs tutoribus liberationem parit? *Responsio*. Si merum est delictum quod originem non capiat ex contractu, singuli insolidum condemnantur, vt in furto & iniuria. nec enim ab initio in hanc rem coiri societas potuit. Sed si præcesserit contractus, vel quasi, vt in his qui communiter tutelam administrant, vel depositum aut commodatum accipiunt, vnius solutio liberat alium. nam harum personarum societas legitima est.

f Et neque soluenti ceduntur actiones in contutores, neque vtiles dantur, vt dig. 1 ad 3. th. finem. Memineris eorum quæ dicta sunt lib. 26. tit. 7. dig. 25 44. & nota propter id quod dicitur lib. 5. tit. 55. Const. 9. & tit. 58. Const. 1.

g Etenim cum duobus res commodati vel depositi nomine datur, vel cum quid eis mandatur, & dolo faciunt, quod vnus præstitit ceteris prodest. & hoc de deposito dicitur lib. 16. tit. 3. dig. 1. th. 28. & de commodato lib. 13. tit. 6. in fine 5. digest. & de mandato lib. 46. tit. 1. dig. 52.

h Rem saluam fore. Simile lib. 26. tit. 7. dig. 26. Contrarium vero lib. 5. Codicis tit. 37. Const. a. & 14. Lege sequentis tituli dig. 1.

i Lege lib. 26. tit. 7. dig. 12. & varia iura quæ in eo adnotata sunt.

k Qui dicit deberi sibi a tutore vel curatore suo, eo ambigente num debeat, non recte postulat præberi sibi ab eo sumptus litis. Non alit etiam tutor pupillum egentem, vt tit. a. dig. 3. in fine.

l Nec potest per restitutionem in integrum rursus hereditatem amplecti a creditoribus distractis bonis, vt lib. 4. tit. 4. dig. 24. Pauli. Vt vero minores agnita hereditate abstinere debeant, docet post Codices No. 106. De donatione propter nuptias, & alijs capitulis.

m Lege lib. 5. Codicis tit. 59. Const. 4. & lib. 23. tit. 2. Const. 66. & huius libri tit. 1. dig. 32.

n Additur εἰς τὸ πλάτος. Quia nouissimi curatoris meminit, necesse est fingi post pubertatem curatorem datum, & postea mortuo vel remoto forsitan eo alterum curatorem datum. Simile est magistratibus pecuniam publicam credentibus lib. 50. tit. 1. dig. 37. th. 2.

o Cyrilli. Si heres vnius ex curatoribus meis restitutus sit, quasi in maiorem summam condemnatus, non possum agere aduersus alterum, nisi minor sim xxv. annis, sed habeo in eum vtilem actionem in quantum alter releuatus est. *Pone* singulos iudicio accepto damnatos in aureos c. & horum alterum, heredem puta demortui, ætatis beneficio petijsse restitutionem in integrum, quasi damnatum in maiorem summam quam deberetur. Potest adolescens aduersus alterum curatorem agere, vt in quantum rescissa est heredis minoris condemnatio, in tantum damnetur. verbi gratia, Cum deberent singuli c. damnati sunt singuli in c. sed quia vnus sententiam rescidit pro l. restat mihi alterum debere cl.

o Sed hoc intelligimus de directa actione. nam æquitatis ratio exigit vtili actione adolescenti subueniri in quantum releuatus est curatoris heres per restitutionem in integrum.

p Etiam post xxv. annos intra annum restitutionis vtilem, quod hodie est quadriennium, Cyrilli. Etiam si damnati sint curatores adolescenti quod a tutoribus minus exegerint, in integro ei sunt restitutoriæ actiones aduersus tutores, easque curatoribus cedere cogitur, opposita exceptione doli si nondum soluerint.

q Si curatores pro tutoribus damnati sint, conuenti actione iudicati per exceptionem doli consequi possunt vt quam actionem vtilem pupillus aduersus tutorem minore summa condemnatum habet, eam cedat.

r Vni ex duobus tutoribus tutelæ conuento & damnato insolidum, a pupillo aduersus contutorem cessa actione, quamuis postea iudicatum faciat, tamen actio cessa non intercidit. videtur enim pro parte debiti nominis pretium soluisse, cessa ei in contutorem actione. Cyrilli. Tutor insolidum condemnatus, cui cessæ sunt actiones aduersus contutorem, eis experiri potest, etiam postea iudicato satisfecit. quia emisse eas videtur. Nisi scilicet ob dolum condemnatus, vt dig. 1. ante a. th. finem.

s Non habet tamen priuilegium pupilli. personale enim est, & neque in rem suam procu-

ratori, neqoe heredi eius competit, vt lib.26.tit.7.dig.41. Tacitam hypothecam, vt lib.5. Codicis tit. 37. Const. 20.

t Conuento herede tutoris iudicio tutelæ, adolescenti tutor vel curator datos neque ipso iure neque per exceptionem rei iudicatæ liberatur. idemque dicendum est de heredibus magistratuum, si actione subsidiaria conueniantur. nam eis condemnatis, curatores dati non liberantur.

u Quia nullus pupillus est, & negotia non administrauit eius, qui natus non est. Atqoin ait lib.3. tit.5. dig.28 a patre postumo tutorem datum, non nato postumo, si quid administrauerit non tutelæ teneri, sed neg. gestorum. Sic & huius libri tit. 5. dig. 11. Ait & lib. 26. tit. 2. postumo datum non ante tutorem fieri quam natus sit postumus, & si non nascatur, vel nato eo remoueatur tutor priusquam administraret, neg. gestorum actionem substituto dari, si post partum administrarit, competere actionem tutelæ, & in eam venire quod gessit ante partum.

x Non solum tutelæ priuilegium habet in bonis tutoris, sed & protutelæ. Item curatore dato pupillo, vel pupillæ furioso, vel furiosæ, idem in bonis eius priuilegium competit, si aliuode indemnitas seruari noo possit. CYRILLI. Et in protutorem locus est priuilegio tutelæ, & in curatorem pupilli vel furiosi. Priuilegium spectatur in personalibos oon in hypothecarijs, vt lib. 23. tit. 2. dig. 75. & lib. 8. Codicis tit.17. Coost. 9. Habet tamen & tacitam hypothecam aduersus tutorem, vt lib.5. Codicis tit.13. Const.1. & vnica, & tit.37. Const.20. & in No. de nuptijs & de successionibus ab intestato. In bonis magistratus priuilegium noo habet, vt tit. 50. Const.1. quod tamen habet aduersus eum qui amicitia ductus ad administrationem oegotiorum accessit, vt lib. 42. tit.5. digest. 19. Lege eiusdem tit. digest.32. & 53. tit. 5.lib. Codicis.

Lib.5. Codicis, tit. 51.

Si [a] testator tutore dato dixerit in testamento se, verbi gratia, habere 1. 26.
mille in bonis, quandoque conuentus tutor actione tutelæ, non reddet rationes pro modo eius quod testator dixit [b], sed quantum reuera [c] sit in bonis requiretur. Si soluendo erant pupilli debitores initio 2. 27.
susceptæ tutelæ, negligente [d] autem tutore postea facti sint non soluendo [e], periculum tutoris erit. Curator [f] quis datus impuberi su- 3. 28.
blata pecunia, quæ ad comparationem agrorum fuerat deposita, fundum emit suo nomine. Datur minori facultas, vt vel fundum recipiat quasi sibi negotio gesto, vel vsuras [g] petat [h] ob vsum pecuniæ.
Si minor consilio suorum curatorum paterna hereditate abstinuerit [i] 4. 29.
& postea egerit aduersus eos quasi perperam abstinuerint, non ideo possunt in eum hereditarij creditores experiri, nihil ex hereditate detinentem. neque enim hereditatem agnouit, vt neque nunc in tutores vel curatores agit, quod perperam administrarint negotia hereditaria, sed id duntaxat petit quanti sua interest non abstinuisse hereditate. Quod si transegerit [k] iam nullam amplius actionem habet in tutores suos. Si plures [l] tutores administrauerint, apud eundem 5. 30.
iudicem conueniri debent, quantum quisque condemnari debeat examinaturum. Idem dicimus, Si vnus ex tutoribus decesserit, & heredes eius cum alijs tutoribus superstitibus conueniendi sint. Si tu- 6. 31.
tor [m] sine decreto rem pupillarem minori pretio vendiderit, is cuius tutela gesta est, confirmare [n] venditionem potest, & residuum pretij cum vsuris [o] petere, non principis auxilio, sed instituta actione tutelæ in tutores vel heredes eorum. Generaliter enim tutores qui administrauerunt, principali [p] loco conueniuntur, deinde qui non administrauerunt illis existentibus non soluendo, quia hoc imputatur eis cur illos non remouerint quasi suspectos. Quod si omnes admi-

nistrauerint, in adolescentis arbitrio est quem velit insolidum conue-
32. 7. nire cessa actione aduersus alios. Si quid [t] dolo tutorum [r] aut cura-
torum minores amiserint, vel non adquisierint [s], exigere eos possunt.
33. 8. Actioni tutelæ [t], non opponitur x. aut xx. annorum [u] præscriptio.
Itaque quod debetur peti potest, si modo facta transactio vel noua-
34. 9. tione & acceptilatione extincta actio non est. Si mater pupilli susce-
pta administratione tutori promiserit [x] indemnitatem, pubes factus
agere potest [y] aduersus tutorem, vt is agat aduersus matrem compe-
35. 10. tenti actione ex stipulatu, de indemnitate. Mortuo tutore [z] pupillus
rerum eius dominium vindicare, vel tenere non potest, sed tutelæ
aduersus heredes eius experiri debet, & docere quid debeatur. nam
quod ait ante administrationem nihil tutorem habuisse, & ex bonis
36. 11. suis locupletatum [a], ad probationem nihil proficit. Si tutor [b] post
pubertatem perseuerauerit in administratione connexa, tutelæ [c] con-
uentus totius administrationis rationem reddet. Sin autem abstinue-
rit administratione [d], damni quod contingit post pubertatem, no-
37. 12. mine non tenetur. Tutelæ actio [e] heredibus & in heredes competit.
38. 13. Si tutor dixerit maiorem esse substantiam pupilli quam sit reuera, si-
quidem aliubi [f] dixerit, sibi præiudicium non facit. Veritas enim
spectatur. Si in inuentario dixerit maiorem esse substantiam omni-
modo secundum inuentarij modum, conuenietur. nemo enim adeo
stultus est, vt in publicis monumentis aliquid contra se scribat. Ne
attingat vero negotia tutor antequam inuentarium fecerit, nisi ij qui
bona transmiserunt [g] in impuberes inuentarium fieri prohibuerint. Is
autem qui inuentarium non facit, quasi suspectus remouetur, & in-
famia notatur, qua nec imperiali rescripto absolui [h] potest.

a THEOD. Pro vero modo bonorum pupilli rationem reddit tutor, licet maiorem pater in testamento dixerit, licet vt ait 13. Consti. huius tit. maiorem dixerint tutores ipsi, nisi in inuentario confessi sint maiorem quantitatem.

b Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, ampliauit vel minuit. & ait Thalelæus, Nota hoc maxime, Ne in his quidem quæ contra se quis dicit, ei fidem haberi.

c Quid enim si tutor a morte testatoris prolatis testibus in præsentia publicarum personarum inuentarium bonorum faciat & non inueniat plus quam tot aureos? Nota igitur ius Constitutionis fidem non haberi defuncti dicto in ijs quæ dixit de suis bonis. quæritur enim hac de re frequenter, maxime inter liberos. nam interdum absente vno ex liberis facieos testamentum pater scribit in eo se in conditis habere tot aureos, & solent liberi reuersi pro modo eius quod moriens dixit, partem suam flagitare.

THEOD. Petere debet tutor nomina debitorum patris pupilli alioquin res cedit periculo eius, si dum non appellat ea facta sint deteriora. Memineris 3. & 25. Const. 37. tit. huius libri quinti.

e Τὸ κατὰ πόδας habet, Lata culpa. Et Thalelæus ait, Non dixit simpliciter culpa, sed lata culpa. & ita demum rem periculo eius cedere si tempore tutelæ facti sint non soluendo. itaque si tempore pubertatis soluendo debitores fuerint & postea egere cœperint, periculum tutor non agnoscet.

f THEOD. Res empta ex pecunia pupilli, ad eum pertinet nisi ea omissa vsuras pretij a tutore consequi malit.

g Τὸ κατὰ πόδας habet, legitimas: hoc est, vt Thalelæus ait, centesimas.

h Additur εἰς τὸ τὸ κατὰ πόδας, iudicio tutelæ. & ait Thalelæus; Debuit dicere, negotiorum gestorum. Sed quia impubes erat is cuius cura gesta est ideo abutitur nomine actionis, nisi fuit sententia Iurisperitorum quæ diceret curatorem pupilli tutelæ teneri, quæ nunc non obtinet.

i Pupillus qui abstinuit bonis paternis non tenetur creditoribus paternis licet egerit aduersus tutores quod perperam vt abstineret effecerint & id quod interest consequutus sit. Hoc vero ita intelligitur nisi ex primipili causa debuerit pater, secundum 4. Const. 62. tit. 12. lib. Codicis. Memineris 1. Const. 23. tit. & 1. Const. 39. tit. 2. lib. vbi dicitur etiam postea quam se immiscuit eum hereditate iure abstinere,

k Τὸ κατὰ πόδας habet, Cui consequens est vt si propter eam causam transegisti cum curatoribus nulla aduersus te creditoribus patris tui actio competat. Quod autem air Basilicus ita intelligitur, si transegerit cum curatoribus de eo quod ij debebant exigere a tutoribus, non habent actionem aduersus tutores. Sciendum autem est post annos xxv. cum curatoribus a quondam adolescente factam transactionem valere.

l Nota eundem iudicem dari debere aduersus omnes tutores. nec enim hoc traditum est in 3. libri 27. in quo omnia collecta sunt quæ ad actionem tutelæ pertinenr. Quomodo autem conueniri tutores debeant, dixi iam in 2. Const. 38. tit. THEOD. Apud vnum eundemque iudicem omnes tutores & heredes eorum conueniendi sunt. Sciendum tamen est quod habetur lib. 7. tit. 55. Const. 2. omnibus tutoribus condemnatis simul vel procuratoribus eorum, non teneri alterum pro altero. Lege seq. 6. Const.

m Non tantum tutores qui administrauerunt tenentur sed & qui non administrauerunt, videlicet cum ij qui administrauerunt soluendo non sunt. Lege 2. Const. 54. tit. & 2. Const. 55. tit. & ne lateat 1. & 2. Const. 52. tit. Memineris item 8. Const. 38. tit. huius libri. Si omnes tutores administrauerint, vnus etiam ex eis insolidum tenetur cessa actione aduersus ceteros. At sciendum hoc ita non procedere si vnus ex eis condemnatus sit & alter fecerit iudicatum. nec enim ceditur actio soluendi nisi emerit nomen vt ait 1. Const. 58. tit. huius libri.

n Ponendum maiorem eum factum xxv. annorum vt venditio confirmetur.

o Nota non tantum pretium sed & vsuras pretij tutorem præstare compelli.

p Priores administratores conueniri in multis digestis 7. tit. 27. lib. traditur: & omnes conueniri si omnes soluendo sint. Sed Constitutio etiam aduersus vnum agi concedit cessis actionibus aduersus alios contutores.

q THEOD. Actione tutelæ pupilli petunt quæ dolo vel culpa suorum tutorum amiserunt vel non adquisierunt. Memineris 12. Const. 37. tit. & 1. Const. 38. tit. & 4. & 9. Const. 43. tit. & 1. Const. 47. tit. huius libri. & lege lib. 7. tit. 40. Const. 3. & 6.

r Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Aut leui culpa. & ait Thalelæus; Quamobrem dixi bene in 2. Const. in paternis tantum rebus latam culpam notari. quia regulariter leuem culpam tutor præstat.

s Non est nouum teneri eos si quid non adquisierint. nam & in integrum minores restituuntur siue quid amiserint siue non adquisierint.

t THEOD. Temporis præscriptio non excludit actionem tutelæ, videlicet si non facta sit transactio vel acceptilatio.

u Nam xxx. annorum præscriptione tollitur vt omnes aliæ actiones.

x Hoc didicisti in 2. Const. 46. tit.

y Τὸ κατὰ πόδας habet, Adolescenti aduersus tutorem tutelæ non aduersus heredes matris ex stipulatu competit actio. & ait Thalelæus; Recte dixit non competere adolescenti ex stipulatu. nam & negotiorum gestorum aduersus matrem ei competebat & nunc competit aduersus heredes eius.

z THEOD. Pupillus non vindicat mortui tutoris bona sed petit quod sibi debetur actione tutelæ. Nec obstat 20. Const. 37. tit. huius libri, quæ dat pupillo actionem in rem quoniam pupillus habet tacitam hypothecam.

a Nota hanc legem. Solent enim frequenter actores dicere, Id quæsiuit ex meo, Doceat vnde quæsierit. Aliud est in muliere, quæ si non possit docere vnde quæsierit constante matrimonio, præsumitur quæsijsse ex mariti rebus. & hoc didicimus in 6. Const. 16. tit. huius libri.

b THEOD. Si post pubertatem pupilli tutor perseuerauerit in administratione, tenetur eorum etiam nomine quæ postea administrauit. Memineris 6. Const. 38. tit. & 4. Const. 39. tit. huius libri.

c At si breui tempore intermisso abstinuerit administratione, & rursus se ei miscuerit, tutelæ non tenetur. neque enim connexa hæc administratio est vt didicimus in 14. dig. 3. tit. 27. lib.

d Et nullo modo se miscuerit post finitam administrationem.

e Etiam in heredes tutelæ actio competit. Lege 1. Const. 53. tit. & 44. tit. huius libri.

f Forte cum desponderetur pupillus maiorem dixit pupilli substantiam, dum captat ampliorem.

g Non dixit, patres, sed qui bona transmiserunt. Scimus enim etiam matrem filio instituto heredi recte tutorem dare & patronum liberto, vt didicimus in 4. dig. 3. tit. & in dig. 2. tit. libri singularis de tutelis.

h Similia

h Similia de tutore non faciente inuentarium traduntur in 6.dig.7.tit.eiusdem libri singularis de tutelis.

TITVLVS IIII.

De contraria tutelæ & vtili actione.

1. CONTRARIA [a] tutelæ tutori soluta tutela competit, quamuis sine tutoris auctoritate pupilli non obligentur [b]. Ei autem qui pro tutore negotia gessit, & omni curatori etiam manente administratione datur. Conuentus quoque a iuuene compensare potest, & si compensationem iudex non recipiat, salua [c] est actio contraria, nisi oppositam eam reprobauerit, & is adquieuerit. Lib.27. Dig.tit. 4.

2. IVLIANI. Agitur [d] autem ea & cum actio rationibus distrahendis intenditur.

3. VLPIANI. Etiam si plus quam sit in bonis pro vtilitate pupilli impenderit, id recipit. Non tamen agitur contraria vt liberetur [e] tutor tutelæ actione [f], sed vt recipiat quæ impendit cum vsuris, vel trientibus, vel quæ in regione obseruantur, vel quibus in rem pupilli mutuatus est, vel quibus pupillum liberauit, vel quibus caruit, dum pecuniam quam esset fœnore collocaturus in rem pupilli exsoluit. Quod si cum deberet fœnerare pecuniam pupilli, non sit fœneratus [g], pro eo autem soluerit de suo, neque dat, neque accipit vsuras, sicut [h] nec si ea pecunia pupilli vsus sit. Etiam post finitam tutelam [i] vsuræ quoad soluatur currunt, si non potuit ex re pupilli sibi soluere [k], vel si prætore decernente deponi pecuniam ad comparationem prædiorum docuerit sibi debere potius solui, & non impetrauit. Sufficit tutori bene negotia gessisse, & si aduersum euentum [l] habuerit. Siue [m] ante tutelam impenderit bona fide in rem pupilli quasi tutor, vel curator ventri datus, siue post tutelam in rem ei connexam, id recipit. Hæc actio perpetua [n] est, & successoribus competit, & aduersus successores, & his ad quos ea res pertinet & in eos.

4. IVLIANI. Remotus [o] quasi suspectus tutelæ conuenitur agitque contraria.

5. VLP. Heredes tutorum soluentes quod debuerunt contrariam actionem habent [p]. Tutor intercedens pro pupillo habet contrariam & antequam soluat [q] vt liberetur [r].

a Quemadmodum pupillus in tutorem habet actionem tutelæ, sic & tutori prætor proposuit actionem tutelæ contrariam in pupillum, vt facilius tutores accederent ad administrationem rerum pupillarium, scientes pupillum sibi obligatum fore ex sua administratione. quamuis enim nulla alia actione sine tutoris auctoritate pupilli obligentur, & generaliter non possit in rem suam tutor obligare pupillum, placuit tamen tutori suo pupillum sine auctoritate eius obligari ex administratione rerum ad se pertinentium. etenim prouocandi sunt tutores vt promptius de suo pro pupillis impendant, dum sciunt se recepturos id quod impenderint. Hæc actio contraria non solum vero tutori, sed & ei qui pro tutore negotia pupilli gessit, competit. Sed & si curator sit, vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi, vel pro-

digi, dabitur etiam his actio contraria, ficut & curatori ventris, Sabino hoc primum dicente, & alijs omnibus curatoribus ex ijſdem cauſis contrariam dari. Competit autem tutori actin contraria finita tutela. ceterum quamdiu durat nondum competit ei, vel in eum tutelæ actio. Sed ſi pro tutore negotia geſſit, vel curam adminiſtrauit, ſtatim competit durante adminiſtratione actio contraria, ſicut & in eos ſtatim datur ex adminiſtratione actio. Præter actionem contrariam, compenſatione etiam vti tutor poteſt conuentus a pupillo eorum nomine quæ impendit. Sic erit arbitrij eius vtrum compenſationem pupillo opponere an petere velit ſumptus. nam ſi iudex tutelæ compenſationem tutoris nullomodo ſuſcipiat, contraria experiri tutor poteſt. At ſi compenſationem examinatam reprobauerit, & adquieuerit ſententiæ eius tutor, iam non poteſt agere contraria.

b Niſi facti ſint locupletiores, vt lib.3.tit.5. dig.36. & tit.3. dig.47.

c Simile lib.3.tit.5.dig.7.Lege & finem 31. tit.4. lib. Codicis.

d Si quaſi interuerſis rebus pupillaribus conueniatur tutor rationibus diſtrahendis, tum dabitur etiam ei contraria. De hac didiciſti tit.3. dig.2. & in fine 1. & lib.26. tit.7. dig. 44.

e Vt ſi eam poſtulet tutor cui nihil debetur in hoc vt tutelæ liberetur.

f Alia vero ratione vtitur, quæ traditur lib.5.Codicis tit.54. Conſt. 4.

g Lege lib.26.tit.7.dig.13.& 72. No. tractantem quemadmodum oporteat curatores fœnerari. & lib.26.tit.7.dig.12.finem.

h Sed & ſi vſus ſit pupillari pecunia, deinde aliquid de ſuo impenderit pro pupillo, videtur deſijſſe vti, neque eo nomine tenetur. E contrario ſi ante impendit pro pupillo, deinde vſus eſt pecunia eius, concurrente quantitate non videtur vti.

i Vtrum vſuras pecuniæ quam impendit tamdiu conſequetur tutor quamdiu tutor eſt, an etiam poſt finitam tutelam ex mora incipient vſuræ deberi. Et magis placet vt quoad ei reddatur pecunia vſuræ debeantur. nec enim debet ei ſterilis eſſe pecunia. Sed ſi fuit in bonis pupilli vnde tutor ſumptus conſequeretur & ſibi ſolueret, non poteſt vſuras a pupillo exigere. Quod ſi non potuit ſibi ſoluere, quia depoſita erat pecunia, & non poſtulauit eo minus deponi, de ſe queri debet, nec poteſt vſuras exigere. Sed ſi poſtulauit non deponi quæ impendit vel ex depoſito ſatisfieri ſibi, nec impetrauit, non depereunt ei vſuræ in contrario iudicio.

k Idem caſus eademque diſtinctio & in actione neg. geſtorum lib.3. tit.5.dig.9.& 21.

l Vt ſi impendit in ſeruos ægrotos qui poſtea mortui ſunt.

m Siue ante tutelam impenderit pupillarem, ſiue poſt tutelam impleuerit in tutela inchoata negotia, id petit iudicio contrario. & ſi ante pro tutore negotia geſſit, poſtea vere tutor conſtitutus, vel ſi datus ventri curator geſſit priuſquam partus ederetur, poſtea tutor conſtitutus, repetit quæ impendit quamdiu partus erat in vtero. Sed & ſi non tutor poſtea fiat tutor, repetit quod ante impendit. Veniunt enim in actionem contrariam omnes ſumptus facti bona fide in rem pupilli.

n Et temporales in eam deuoluuntur, vt in fine 1. dig.

o Remotus tutor eo loco eſt quo is qui deſijt eſſe tutor, & ſicut actiones patitur perinde ac ſi pupillus pubes factus eſſet, ita & contraria experiri poteſt, ſi quid impenderit in rem pupilli, quod eum amittere non oportet, tantiſper dum vtatur compenſatione.

p Nam contraria pupillum obligatum habet, & ſi quid pro eo ſoluerit vel ſe aut res ſuas obligauerit, vt inſt.3.tit.27.

q Poteſt dici eum agere non vt aliquid accipiat, ſed vt obligatione liberetur, vt in mandato dicitur lib. 17.tit.1. dig. 45.th. Dicitur & lib. 3. tit. 5. dig. 27. abeſſe videri inquantum obligatus eſt.

r Non etiam vt tutelæ liberetur, vt dig.3.

TIT.

TITVLVS V.

De actione quæ in eum datur, qui pro tutore proue curatore negotia gessit.

VLPIANI.

1. CVM[a] ambigitur tutor quis sit necne actio protutelæ competit. Pro tutore autem gerit siue se putat tutorem siue scit non esse, fingit tamen esse. & si seruus erat, vtilis competit aduersus dominum. cum eo qui pro tutore gessit & ante pubertatem agitur atque etiam si finita tutela pro tutore gessit, vel si prius pro tutore, deinde quasi tutor, quamuis[b] in tutelæ actionem veniat non competit protutelæ[c] actio nisi sit persona quæ tutorem habere possit, quare si nondum nati vel puberis negotia gesserit quis, negotiorum[d] tantum gestorum actione tenetur. Datus curator impuberi non tenetur protutelæ actione[e]. Qui vero[f] a prætore compulsus est administrare quasi tutor licet non esset tutor, ea actione tenetur. nam satis est quod existimauit se tutorem esse. In protutelæ iudicio vsuræ quoque veniunt. Qui pro tutore gerit, si nihil[g] administrauerit non tenetur, si quædam administrauerit etiam eorum nomine quæ non gessit tenetur si alius gesturus fuerit. Sed & si cognito quod tutor non fuit, abstinuit administratione, non admonitis necessariis pupilli, vt ei tutorem peterent, tenetur.

2. CELSI. Si is[h] qui pro tutore gerit, rem pupilli alienauit, vindicatur, nisi vsucapta sit, etiam si ei cautum sit.

3. IAVOLENI. Testamento datus tutor, cum id ignoraret, pro tutore negotia gerens, non tenetur quasi tutor.

4. POMP. Qui pro tutore gerit eandem fidem[i] & diligentiam debet quam tutor. Ei qui pro tutore gessit contraria competit.

5. Etiam[k] mulieres si res pupillares pro tutore[l] administrauerint, ad

6. præstandam rationem protutelæ tenentur. Non vtiliter nominatus tutor agens pupillorum nomine repellitur exceptione, Si tutor non sit.

a Protutelæ actionem necessario prætor proposuit. Quia enim incertum est vtrum tutor quis sit reuera an quasi tutor pro tutore administrauerit tutelam, idcirco in vtrumque casum actionem scripsit vt siue tutor sit siue non sit qui gessit pro tutôre, eadem actione teneatur. Solent enim magni errores interuenire vt discerni facile non possit vtrum quis tutor fuerit & sic gesserit an vero non fuerit pro tutore tamen gesserit res pupillares. intelligitur autem esse protutor non solum qui se putat tutorem esse sed & qui scit non esse, proinde & si seruus quasi tutor gesserit, D. Seuerus rescripsit dandum in dominum iudicium vtile. Hæc actio etiam ante pubertatem pupilli intendi potest. quia non est tutor qui gessit. quare & si finita tutela pro tutore negotia impuberis gessit, protutelæ tenetur.

b Quamuis in tutelæ actionem veniant quæ protutor gessit. Didicisti in fine 3. tit. tute-

læ. itemque si fiat pupilli vel furiosi curator. Simile tit. 4. dig. 1. CYRILLI. Protutor est qui pro tutore gerit, & si fingat se tutorem esse. Seruo gerente pro tutore, dominus vtili actione tenetur. Qui ante tutelam vel post tutelam gessit, protutelæ tenetur. Et eorum nomine quæ ante tutelam gessit, etiam tutelæ.

c CYRILLI. Qui puberis vel ventris negotia gessit, non est protutor. debet enim subesse persona quæ possit tutorem habere. Sed agitur negotiorum gestorum.

d Definit enim tutela puberrate pupilli, vt huius libri tit. 4. dig. 4. Est autem pubertas in masculo impleto anno XIIII. In fœmina XII. vt Inst. 1. tit. 22. & lib. 5. Codicis, tit. 60. Const. 3. & lib. 28. tit. 1. dig 5. Nam alimentis legatis vsque ad pubertatem, humanius pubertas in mare æstimatur ex annis XVIII. In fœmina ex annis XIIII. In adoptionibus autem plenam pubertatem annos XVIII. dixit lib. 1. tit. 7. dig. 40. & Inst. 1. tit. 11.

d Lege lib. 3. tit. 5. dig. 28. & huius libri tit. 1. dig. 24. Et directa quidem agitur cum quis sua sponte sine mandato aliena negotia gerit. Vtilis cum ex necessitate vel suspicione necessitatis gerit, vt verus curator, vel qui putat se curatorem esse, vt lib. 3. tit. 5. dig. 3. & lib. 5. Codicis tit. 51. Const. 7. & huius libri tit. 3. & 4. Lege & 27. tit. 3. Inst.

e Quia officio curatoris functus est. Vtili ergo tenetur vt quilibet curator.

f Si quis tamen cum tutor non esset compulsus a prætore vel præside dum se putat tutorem, gesserit, tenetur protutelæ, quamuis compulsus gesserit. quia credens se tutorem esse, gessit, licet tutor non esset. Ille autem curator pupillo a prætore datus non quasi tutor, sed quasi curator gessit.

g Et si quidem omnino non attigerit tutelam, hoc ei non imputabitur. quia nec attingere necesse habuit qui tutor non fuit.

h In 46. dig. th. 4. tit. 7. lib. 26. tunc ait vindicare pupillum cum protutor decessit non soluendo. Lege & lib. 44. tit. 4. th. 17. in quo ait dolum protutoris pupillo non nocere. nam si vendiderit rem eius, nec vsucapta sit ab emptore, pupillus eam vindicat non opposita exceptione, etiamsi ei cautum sit.

i Quam didicisti lib. 26. tit. 7. dig. 10. & 33. & huius lib. 3. tit. 1. dig.

k THEOD. Etiam mulieres rationem reddunt administrationis rerum pupillarium. neque obstat 1. Const. 35. tit. huius libri. nam sciendum est mulierem extraneam gerentem res pupilli, vt protutorem teneri, quemadmodum hic dicitur, videlicet negotiorum gestorum. Memineris 4. Const. 18. tit. 2. lib. quæ ait eum qui mandato tutoris pupilli negotia gerit. neg. gestorum non protutelæ teneri. Didicisti & 1. Const. 28. tit. & 4. Const 34. tit. huius libri, non datum iure tutorem, negotiorum gestorum teneri. & hæc quidem ita se habent. Sed si mater tutelam gesserit, omnimodo secundum Nouellam rationes reddet tutelæ actione.

l Quia potuissent tutelam gerere secundum Constitutiones iureiurando præstito de secundis nuptijs, ideo ait pro tutore.

TITVLVS VI.

Si falso tutore auctore negotium gestum esse dicetur.

VLPIANI.

Lib. 27. Dig. tit. 6.



S I [a] falsus tutor falsive tutores [b] auctores fuerint, tenentur, atque etiam tutor cui non est permissa administratio [c], vel furiosus [d], vel ad aliam regionem datus. Sed si duo auctores fuerint quorum vnus est tutor, alter non est, propter auctoritatem veri [e] tutoris valet quod gestum est [f], & falsus non tenetur. Is etiam qui pro tutore gessit, si auctoritatem adcommodauerit, tenetur, nisi prætor [g] quod is gessit confirmauerit. Ei autem qui scit falsum tutorem auctoritatem adcommodare, non [h] subuenitur. Ignorat [i] porro etiam is qui audiuit, nec credidit bona fide. 1.

VLP. Sed & is qui sciens compulsus est a prætore ad iudicium accipiendum, restituitur. 5.

6. PAVLI. Pupillo k neque sua neque tutoris scientia nocet, etiam
si ei cautum sit. quod & in alijs circunuentionibus locum habet.

7. VLP. Qui dolo auctoritatem adcommodat, tenetur quanti l ea res
est, non etiam qui compulsus m aut metuens ne compelleretur auctor
fit. Præstat n etiam restitutionis sumptus. Si plures sint qui auctores
8. fuerunt, non electio, sed solutio vnius liberat alios. Et ideo si nihil,
vel pars soluta sit, ceteri in id quod deest conueniuntur.

9. VLP. Is etiam o tenetur qui dolo curauit alium ignorantem aucto-
rem fieri. Hæ actiones heredibus competunt, non in heredes, neque
in delinquentem post annum, quoniam sunt ex dolo p, & nomine
seruorum intenduntur noxaliter.

10. GAI. Si q falsus tutor in lite auctoritatem adcommodauerit, & in-
terim interierit actio, vel res vsucapta r sit, actori indemnitatem præ-
stat quam haberet si verus tutor fuisset.

11. VLP. Qui auctor fuerit pupillo rem tradenti, propter dolum tene-
tur, siue sui, siue alieni iuris fuerit. Et s is qui quasi tutor auctorita-
tem adcommodauit filiæf. vel ancillæ. Sed si quis filiamf. t impube-
rem, sponso nuptum dedit, ignoscitur ei quod non videatur dolo
facere, sed adfectu erga filiam maturare. Quod si cum haberet do-
tem mortua sit impubes, vir retinet quæ lucraturus erat constante
matrimonio, si dolo fecerit is qui dotem erat repetiturus.

12. IDEM. Qui u interrogatus falso dicit se esse tutorem, non tenetur,
nisi ex eo in captionem aliquam adolescentem induxerit.

a Si quis cum non esset tutor agenti, vel defendenti, vel contrahenti auctoritatem adcommodauerit, ne decipiantur qui cum pupillo agunt vel contrahunt, restitutionem eis dat prætor. Sic autem habet prætoris edictum, vt est in Basilico.

b CYRILLI. Ait Prætor, Si non tutor auctor fuerit pupillo, qui contraxit ignorans restituitur. idem est si tutor fuerit, qui tamen non potuerit auctor fieri, furiosus puta, vel ad aliam regionem datus. Sed si tutor verus vna cum falso auctor fuerit, valet quod gestum est. Si plures falsi tutores auctores fuerint, locus edicto est. Idem erit & si protutor auctor fuerit, nisi auctoritatem eius prætor confirmauerit.

c Auctoritas enim eius cui concessa administratio non est, non valet, vt lib.26. tit.8. dig.4. & lib.29. tit.2. dig.49. & lib.5. Codicis tit.59. Const. vltima.

d Confusa est editio Basilici, quæ non distinguit in furioso, sed similiter dicit & hunc teneri. Non igitur adherendum Cyrillo. nam in furioso restitutio quidem ei qui ignorans contraxit
1. datur, sed furiosus nullo modo obligatur.

n Ponendum maiorem eum factum xxv. annorum vt venditio confirmetut.

o Nota nou tantum pretium ſed & vſuras pretij tutotem præſtare compelli.

p Priores adminiſtratores conueniti in multis digeſtis 7. tit. 27. lib. traditur: & omnes eonueniri ſi omnes ſoluendo ſint. Sed Conſtitutio etiam aduerſus vnum agi concedit ceſſis actionibus aduerſus alios contutores.

q Theod. Actione tutelæ pupilli petunt quæ dolo vel culpa ſuorum tutorum amiſerunt vel non adquiſierunt. Memineris 12. Conſt. 37. tit. & 1. Conſt. 38. tit. & 4. & 7. Conſt. 43. tit. & 1. Conſt. 47. tit. huius libri. & lege lib. 7. tit. 40. Conſt. 3. & 6.

c Additur εἰς τὸ κα᾽ πόδας, Aut leui culpa. & ait Thalelæus; Quamobrem dixi bene in 2. Conſt. in paternis tantum tebus latam culpam notari. quia tegularitet leuem culpam tutot præſtat.

ſ Non eſt nouum teneri eos ſi quid non adquiſietint. nam & in integrum minotes reſtituuntur ſiue quid amiſerint ſiue non adquiſierint.

t Theon. Temporis præſcriptio uon excludit actionem tutelæ, videlicet ſi non facta ſit ttanſactio vel acceptilatio.

u Nam xxx. annotum ptæſcriptione tollitut vt omnes aliæ actiones.

x Hoc didiciſti in 2. Conſt. 46. tit.

y Τὸ κα᾽ πόδας habet, Adoleſcenti aduerſus tutorem tutelæ non aduerſus hetedes matris ex ſtipulatu competit actio. & ait Thalelæus; Recte dixit non competere adoleſceuti ex ſtipulatu. nam & negotiorum geſtorum aduetſus matrem ei competebat & nunc competit aduerſus heredes eius.

z Theod. Pupillus non vindicat mortui tutotis bona ſed petit quod ſibi debetur actione tutelæ. Nec obſtat 20. Conſt. 37. tit. huius libri, quæ dat pupillo actionem in tem quoniam pupillus habet tacitam bypothecam.

a Nota hanc legem. Solent enim frequentet actores dicere, Id quæſiuit ex meo, Doceat vnde quæſierit. Aliud eſt in muliere, quæ ſi non poſſit docere vnde quæſierit conſtante matrimonio, ptæſumituc quæſiſſe ex matiri tebus. & hoc didicimus in 6. Conſt. 16. tit. huius libri.

b Theod. Si poſt pubettatem pupilli tutor perſeuerauerit in adminiſtratione, tenetur eotum etiam uomine quæ poſtea adminiſtrauit. Memineris 6. Conſt. 38. tit. & 4. Conſt. 39. tit. huius libci.

c At ſi bceui tempore intetmiſſo abſtinuerit adminiſtratione, & rutſus ſe ei miſcuerit, tutelæ non tenetur. neque enim connexa hæc adminiſttatio eſt vt didicimus in 14. dig. 3. tit. 27. lib.

d Et nullo modo ſe miſcuerit poſt finitam adminiſttationem.

e Etiam in heredes tutelæ actio competir. Lege 1. Conſt. 53. tit. & 44. tit. huius libci.

f Forte cum deſponderetur pupillus maiotem dixit pupilli ſubſtantiam, dum captat ampliorem.

g Non dixit, pattes, ſed qui bona tranſmiſerunt. Scimus enim etiam matrem filio inſtituto heredi recte tutotem date & pattonum liberto, vt didicimus in 4. dig. 3. tit. & in dig. 2. tit. libri ſingularis de tutelis.

h Similia

h Similia de tutore non faciente inuentarium traduntur in 6.dig.7.tit.eiusdem libri singularis de tutelis.

TITVLVS IIII.

De contraria tutelæ & vtili actione.

1. CONTRARIA [a] tutelæ tutori soluta tutela competit, quamuis sine tutoris auctoritate pupilli non obligentur [b]. Ei autem qui pro tutore negotia gessit, & omni curatori etiam manente administratione datur. Conuentus quoque a iuuene compensare potest, & si compensationem iudex non recipiat, salua [c] est actio contraria, nisi oppositam eam reprobauerit, & is adquieuerit. Lib. 27. Dig. tit. 4.

2. IVLIANI. Agitur [d] autem ea & cum actio rationibus distrahendis intenditur.

3. VLPIANI. Etiam si plus quam sit in bonis pro vtilitate pupilli impenderit, id recipit. Non tamen agitur contraria vt liberetur [e] tutor tutelæ actione [f], sed vt recipiat quæ impendit cum vsuris, vel trientibus, vel quæ in regione obseruantur, vel quibus in rem pupilli mutuatus est, vel quibus pupillum liberauit, vel quibus caruit, dum pecuniam quam esset fœnore collocaturus in rem pupilli exsoluit. Quod si cum deberet fœnerare pecuniam pupilli, non sit fœneratus [g], pro eo autem soluerit de suo, neque dat, neque accipit vsuras, sicut [h] nec si ea pecunia pupilli vsus sit. Etiam post finitam tutelam [i] vsuræ quoad soluatur currunt, si non potuit ex re pupilli sibi soluere [k], vel si prætore decernente deponi pecuniam ad comparationem prædiorum docuerit sibi debere potius solui, & non impetrarit. Sufficit tutori bene negotia gessisse, & si aduersum euentum [l] habuerit. Siue [m] ante tutelam impenderit bona fide in rem pupilli quasi tutor, vel curator ventri datus, siue post tutelam in rem ei connexam, id recipit. Hæc actio perpetua [n] est, & successoribus competit, & aduersus successores, & his ad quos ea res pertinet & in eos.

4. IVLIANI. Remotus [o] quasi suspectus tutelæ conuenitur agitque contraria.

5. VLP. Heredes tutorum soluentes quod debuerunt contrariam actionem habent [p]. Tutor intercedens pro pupillo habet contrariam & antequam soluat [q] vt liberetur [r].

a Quemadmodum pupillus in tutorem habet actionem tutelæ, sic & tutori prætor proposuit actionem tutelæ contrariam in pupillum, vt facilius tutores accederent ad administrationem rerum pupillarium, scientes pupillum sibi obligatum fore ex sua administratione. quamuis enim nulla alia actione sine tutoris auctoritate pupilli obligentur, & generaliter non possit in rem suam tutor obligare pupillum, placuit tamen tutori suo pupillum sine auctoritate eius obligari ex administratione rerum ad se pertinentium. etenim prouocandi sunt tutores vt promptius de suo pro pupillis impendant, dum sciunt se receptutos id quod impenderint. Hæc actio contraria non solum vero tutori, sed & ei qui pro tutore negotia pupilli gessit, competit. Sed & si curator sit, vel pupilli, vel adolescentis, vel furiosi, vel pro-

digi, dabitur etiam his actio contraria, sicut & curatori ventris, Sabino hoc primum dicente, & alijs omnibus curatoribus ex ijsdem causis contrariam dari. Competit autem tutori actio contraria finita tutela. ceterum quamdiu durat nondum competit ei, vel in eum tutelæ actio. Sed si pro tutore negotia gessit, vel curam administrauit, statim competit durante administratione actio contraria, sicut & in eos statim datur ex administratione actio. Præter actionem contrariam, compensatione etiam vti tutor potest conuentus a pupillo eorum nomine quæ impendit. Sic erit arbitrij eius vtrum compensationem pupillo opponere an petere velit sumptus. nam si iudex tutelæ compensationem tutoris nullomodo suscipiat, contraria experiri tutor potest. At si compensationem examinatam reprobauerit, & adquieuerit sententiæ eius tutor, iam non potest agere contraria.

b Nisi facti sint locupletiores, vt lib.3.tit.5. dig.36. & tit.3. dig.47.

c Simile lib.3.tit.5.dig.7.Lege & finem 31. tit.4. lib. Codicis.

d Si quasi interuersis rebus pupillaribus conueniatur tutor rationibus distrahendis, tum dabitur etiam ei contraria. De hac didicisti tit.3. dig.2. & in fine 1. & lib.26. tit.7. dig. 44.

e Vt si eam postulet tutor cui nihil debetur in hoc vt tutelæ liberetur.

f Alia vero ratione vtitur, quæ traditur lib.5.Codicis tit.54. Const. 4.

g Lege lib.26.tit.7.dig.13.& 72. No. tractantem quemadmodum oporteat curatores fœnerari.& lib.26.tit.7.dig.12.finem.

h Sed & si vsus sit pupillari pecunia, deinde aliquid de suo impenderit pro pupillo, videtur desijsse vti, neque eo nomine tenetur. E contrario si ante impendit pro pupillo, deinde vsus est pecunia eius, concurrente quaotitate non videtur vti.

i Vtrum vsuras pecuniæ quam impendit tamdiu consequetur tutor quamdiu tutor est, an etiam post finitam tutelam ex mora incipient vsuræ deberi. Et magis placet vt quoad ei reddatur pecunia vsuræ debeantur. nec enim debet ei sterilis esse pecunia. Sed si fuit in bonis pupilli vnde tutor sumptus consequeretur & sibi solueret, non potest vsuras a pupillo exigere. Quod si non potuit sibi soluere, quia deposita erat pecunia, & non postulauit eo minus deponi, de se queri debet, nec potest vsuras exigere. Sed si postulauit non deponi quæ impendit vel ex deposito satisfieri sibi, nec impetrauit, non depereunt ei vsuræ in contrario iudicio.

k Idem casus eademque distinctio & in actione neg. gestorum lib.3. tit.5.dig.9.& 21.

l Vt si impendit in seruos ægrotos qui postea mortui sunt.

m Siue ante tutelam impenderit pupillarem, siue post tutelam impleuerit in tutela inchoata negotia, id petit iudicio contrario. & si ante pro tutore negotia gessit, postea vere tutor constitutus, vel si datus ventri curator gessit priusquam partus ederetur, postea tutor constitutus, repetit quæ impendit quamdiu partus erat in vtero. Sed & si non tutor postea fiat tutor, repetit quod ante impendit. Veniunt enim in actionem contrariam omnes sumptus facti bona fide in rem pupilli.

n Et temporales in eam deuoluuntur, vt in fine 1. dig.

o Remotus tutor eo loco est quo is qui desijt esse tutor, & sicut actiones patitur perinde ac si pupillus pubes factus esset, ita & contraria experiri potest, si quid impenderit in rem pupilli, quod eum amittere non oportet, tantisper dum vtatur compensatione.

p Nam contraria pupillum obligatum habet, & si quid pro eo soluerit vel se aut res suas obligauerit, vt inst.3.tit.27.

q Potest dici eum agere non vt aliquid accipiat, sed vt obligatione liberetur, vt in mandato dicitur lib.17.tit.1. dig. 45.th. Dicitur & lib.3.tit.5.dig.27. abesse videri inquantum obligatus est.

r Non etiam vt tutelæ liberetur, vt dig.3.

TIT.

TITVLVS V.

De actione quæ in eum datur, qui pro tutore prove curatore negotia gessit.

VLPIANI.

1. CVM [a] ambigitur tutor quis sit necne actio protutelæ competit. Pro tutore autem gerit siue se putat tutorem siue scit non esse, fingit tamen esse. & si seruus erat, vtilis competit aduersus dominum. cum eo qui pro tutore gessit & ante pubertatem agitur atque etiam si finita tutela pro tutore gessir, vel si prius pro tutore, deinde quasi tutor, quamuis [b] in tutelæ actionem veniat non competit protutelæ [c] actio nisi sit persona quæ tutorem habere possit, quare si nondum nati vel puberis negotia gesserit quis, negotiorum [d] tantum gestorum actione tenetur. Datus curator impuberi non tenetur protutelæ actione [e]. Qui vero [f] a prætore compulsus est administrare quasi tutor licet non esset tutor, ea actione tenetur. nam satis est quod existimauit se tutorem esse. In protutelæ iudicio vsuræ quoque veniunt. Qui pro tutore gerit, si nihil [g] administrauerit non tenetur, si quædam administrauerit etiam eorum nomine quæ non gessit tenetur si alius gesturus fuerit. Sed & si cognito quod tutor non fuit, abstinuit administratione, non admonitis necessariis pupilli, vt ei tutorem peterent, tenetur.

2. CELSI. Si is [h] qui pro tutore gerit, rem pupilli alienauit, vindicatur, nisi vsucapta sit, etiam si ei cautum sit.

3. IAVOLENI. Testamento datus tutor, cum id ignoraret, pro tutore negotia gerens, non tenetur quasi tutor.

4. POMP. Qui pro tutore gerit eandem fidem [i] & diligentiam debet quam tutor. Ei qui pro tutore gessit contraria competit.

5. Etiam [k] mulieres si res pupillares pro tutore [l] administrauerint, ad

6. præstandam rationem protutelæ tenentur. Non vtiliter nominatus tutor agens pupillorum nomine repellitur exceptione, Si tutor non sit.

a Protutelæ actionem necessario prætor proposuit. Quia enim incertum est vtrum tutor quis sit reuera an quasi tutor pro tutore administrauerit tutelam, idcirco in vtrumque casum actionem scripsit vt siue tutor sit siue non sit qui gessit pro tutôre, eadem actione teneatur. Solent enim magni errores interuenire vt discerni facile non possit vtrum quis tutor fuerit & sic gesserit an vero non fuerit pro tutore tamen gesserit res pupillares. intelligitur autem esse protutor non solum qui se putat tutorem esse sed & qui scit non esse, proinde & si seruus quasi tutor gesserit, D. Seuerus rescripsit dandum in dominum iudicium vtile. Hæc actio etiam ante pubertatem pupilli intendi potest. quia non est tutor qui gessit. quare & si finita tutela pro tutore negotia impuberis gessit, protutelæ tenetur.

b Quamuis in tutelæ actionem veniant quæ protutor gessit. Didicisti in fine 3. tit. tute-

6. PAVLI. Pupillo [k] neque sua neque tutoris scientia nocet, etiam si ei cautum sit. quod & in alijs circunuenrionibus locum habet.

7. VLP. Qui dolo auctoritatem adcommodat, tenetur quanti [l] ea res est, non etiam qui compulsus [m] aut metuens ne compelleretur auctor sit. Præstat [n] etiam restitutionis sumptus. Si plures sint qui auctores
8. fuerunt, non electio, sed solurio vnius liberat alios. Et ideo si nihil, vel pars solura sit, ceteri in id quod deest conueniuntur.

9. VLP. Is etiam [o] tenetur qui dolo curauit alium ignorantem auctorem fieri. Hæ actiones heredibus competunt, non in heredes, neque in delinquentem post annum, quoniam sunt ex dolo [p], & nomine seruorum intenduntur noxaliter.

10. GAI. Si [q] falsus tutor in lite auctoritatem adcommodauerit, & interim interierit actio, vel res vsucapta [r] sit, actori indemnitatem præstat quam haberet si verus tutor fuisset.

11. VLP. Qui auctor fuerit pupillo rem tradenti, propter dolum tenetur, siue sui, siue alieni iuris fuerit. Et [s] is qui quasi tutor auctoritatem adcommodauit filiæf. vel ancillæ. Sed si quis filiamf. [t] impuberem, sponso nuptum dedit, ignoscitur ei quod non videatur dolo facere, sed adfectu erga filiam maturare. Quod si cum haberet dotem mortua sit impubes, vir retinet quæ lucraturus erat constante matrimonio, si dolo fecerit is qui dotem erat repetiturus.

12. IDEM. Qui [u] interrogatus falso dicit se esse tutorem, non tenetur, nisi ex eo in captionem aliquam adolescentem induxerit.

a Si quis cnm non esser rutor agenti, vel defendenti, vel contrahenti auctnritatem adcommodauerit, ne decipiantur qni cum pupillo agunt vel contrahuut, restitutionem eis dat prætor. Sic autem habet prætoris edictum, vt est in Basilico.

b CYRILLI. Ait Prætor, Si non tutor auctor fuetit pupillo, qui cnntraxit ignorans restituitur. idem est si rutor fuerit, qui tamen non potuerit auctor fieri, furiosus puta, vel ad aliam reginnem datus. Sed si tutor verus vna cum falso auctor fuerit, valet quod gestum est. Si plures falsi tutnres auctores fuerint, locus edicto est. Idem erit & si protutor auctor fuerit, nisi anctnritatem eius prætor confirmauerit.

c Auctoritas enim eius cui cnncessa administratio nnn est, nnn valet, vt lib. 26. tit. 8. dig. 4. & lib. 29. tit. 2. dig. 49. & lib. 5. Codicis tit. 59. Const. vltima.

d Confusa est editio Basilici, quæ non distinguit in furioso, sed similiter dicit & hunc teneri. Non igitur adhęrendum Cyrillo. nam in furioso restitutio quidem ei qui ignorans cnntraxit datur, sed furiosns nullo modn obligatur.

d Debuit dicere, puta furiosus, vt in exemplum videretur trahi personæ qualitas.

e Propter regulam, vtile cum inutili sit, quæ extat lib. 5. Codicis tit. 13. & in stipulationibns locum habet atqne mandatis. nam si mandauero tibi tna causa, inutile mandatum est, si tua & mea, vel tua & alterius, valet.

f Et pupillns ex eo factus locupletior tenetur de dolo vt lib. 4. tit. 3. dig. 14.

g Tunc enim valet ex sententia prætoris, licet non valeat ipso iure.

h Propter regulam quæ dicit, Dolum scienti non fieri, vt lib. 2. Codicis tit. 4. Cnnst. 34. & lib. 50. tit. 17. dig. 145. Dicitur & lib. 19. tit. 1. dig. 1. quod scientem nemo videtur celare.

i Ignorare videtur etiam is cui dictum est si non crediderit. Pupillo vero scientia non nocet. & minori succurritnr etiam si scierit, & compulso a prætore ad iudicium accipiendom.

k Melius est rem suam seruari pupillo, etiam si scierint tutores, quam incertum cautionis tutorum pupillum spectare. quod & Iuliauns si alias circumscriptus sit pupillus respondet. CYRILLI. Scientia pupilli nnn quæritur, sed tutntis eius. Peret tamen rem snam, etiam si ei cauerit tntor, sicut & si alias circunscriptus sit.

l Hnc est non infertur pœna tutori, sed in ipsam rei veritatem condemnatur.

m Nam & a vern tutore per vim interposita anctnritas non valet, vt lib. 26. tit. 8. dig. 1.

& dig.17. eiusdem tit. non debere præsidem cogere tutorem vt auctor fiat. nam si non expediat auctor oon fit, si expediat, damnum præstat tutelæ actione. In libro autem 40. tit.5. dig.29. th.2. ait eum qui debet auctor fieri quasi tutor si non fuerit auctor pro eo baberi ac si auctor fuisset.

n Si quis frustra egerit ob falsum tutorem, de eo queritur, & condemuatur tutor in sumptus quos facturus est restitutoria actione agendo qoa egerit prius.

o Non tantum si falsus tutor auctor fiat hac actione tenetur sed & si dolo malo curet vt alius non tutor ignorans auctor fiat quasi tutor.

p CYRILLI. Quoniam & factum puniunt & ex dolo nascuntur. Sed & si seruus auctor fiat quasi tutor, nomine eios noxalis actio in domioum competit.

q CYRILLI. Si ob auctoritatem falsi tutoris exierit dies actionis pupilli vel res eius vsucapta sit, petitur quanti interest.

r Generaliter enim litis contestatio oon interrumpit vsucapionem, vt lib.6. tit.1. a 18. dig. vsque ad 23. & sine legitimo curatore qui satis dederit non valet, io quibus pupilli captio est vt lib.2. Codicis tit.18. Const.14. & tit.26. Const.4. & tit.40. Const.4. & lib.5. tit.41. Const.3. Lege & huius libri tit.10. dig.7.

ſ Sed si filiæf. cootrahenti auctor fuerit quasi matrif. tenetur, sicut & si aucillæ mutuam pecuniam accipienti quasi liberæ & quasi tutor auctor fuerit. Nam his omnibus modis propter dolum tutoris decipitur. quia aliter non erat contracturus eum pupillo quam si tutoris auctoritas intercessisset.

t Iulianus quærit an etiam io patrem debeat dari hæc actio si filiæ minori XII. anoorum nubendi auctor fuerit quasi maiori. Et magis probat ignoscendum esse patri qui filiam suam maturius in familiam sponsi perducere voluit. affectu enim propensiore magis quam dolo malo id videri fecisse. Quod si intra XII. annum hæc filia decesserit cum dotem haberet quam pater vel extraneus ei constituerat & agat cum viro condictione causa data causa non secuta quod propter pupillarem ætatem nuptiæ iure non processerint, si dolo eius nuptiæ factæ sint cum pupilla & lucrifacturus erat maritus si fuissent nuptiæ legitimæ totam dotem vel partem eius, potest doli exceptiooe repellere eum qui dotem repetit. CYRILLI. Pater impuberem filiam nuptum dans, oon videtur dolo facere sed si hoc dolo faciat, mortua impubere filia vir lucratur dotem ex casu mortis.

u Tunc enim is qui falso confitetur obligatur eum ex causa de qua interrogatur actio aduersus aliquem competebat, quæ ab alio in eum transfertur vt lib.11. tit.1. dig.13.

TITVLVS VII.

De rebus alicui relictis in hoc vt eas fideliter alteri præstaret, & de heredibus tutorum & curatorum, & fideiussoribus eorum.

POMP.



ERES [a] tutoris implere debet [b] quæ a defuncto 1.
inchoata sunt si mas est & perfectæ ætatis, in quibus & dolus ab eo exigitur. Quod penes tutorem fuit, heres eius reddit. Sed si capit quod apud pupillum fuit non tutelæ actione sed vtili hoc reddit.

VLP. Postulare & nominare tutorem videtur 2.
& qui per alium hoc facit.

IDEM. *Fideiussor [c] & heres eius easdem vsuras [d] quas tutor exiguntur.* 3.

IDEM. Heres [e] tutoris etiam suo nomine tutelæ tenetur si perse- 4.
uerauerit in administratione vel si inuenta in arca pecunia pupilli vsus fuerit & ex proprio dolo subjicitur iuriiurando in litem. ex sua autem negligentia non tenetur. Tenetur etiam, si debitores eius exegerit [f]. & attrectatæ a se pecuniæ vsuras præstat, a iudice definita quantitate &

tempore ex bono & æquo. Fideiussores a tutore nominati si præsentes nomina sua referri in acta publica patiantur, perinde tenentur ac si stipulanti promisissent. Hi etiam qui idoneos esse tutores adfirmant [g], quasi fideiussores tenentur.

5. PAVLI. Conuenti fideiussores vtuntur tutorum compensationi-
6. bus. Fideiussores tutorum qui soluendo sunt & communiter administrauerunt, pro virilibus portionibus ex persona tutorum tenentur.

7. IDEM. Si fideiussores petierant vt pupillus conueniret prius tutorem atque ita cauerant de indemnitate, diuiditur inter eos qui soluendo sunt quod non potuit a tutore consequi. Idem est & in eo qui mandato plurium pecuniam credidit [h].

8. PAVLI. Fideiussores & heredes eius qui non iure datus tutor non administrauit, dolum & culpam non præstant [i]. Non parcitur [k] heredi tutoris si dicat se instrumenta tutelaria non inuenisse. nam in actione tutelæ vt & in omnibus actionibus bonæ fidei, etiam ex dolo defuncti heredes tenentur. Sed si non fuerit lis contestata cum defuncto, parcitur ignorantiæ heredis. nam post litem contestatam, & pœnales heredibus atque in heredes competunt & temporales
1. 9. perpetuantur. Heredes [l] tutoris ex lata culpa condemnari non de- Lib. 5. Codicis tit. 54.
bent nisi lis contestata sit cum tutore vel lucrum [m] ad eos peruene-
2. 10. rit vel alteri per gratiam præstiterit [n] tutor. Tutelæ [o] actio etiam si
ob eam causam agatur quod cessante defuncto alter perperam administrauerit, in heredes transmittitur, recte tamen heredes postulant, vt
3. 11. prius conueniantur ij qui administrauerunt [p]. Heredes tutoris con-
4. 12. uenti actione tutelæ etiam in id condemnantur quod ex fideiussione [q] pupillis tutor debuit. Heredes tutorum & curatorum tenentur si quid ad eos peruenerit [r] & si quid defunctus male administrauerit
2 13. vel cum administrare deberet omiserit [f]. Si conuentus tutor soluerit, Lib. 5. Codicis tit. 57.
proculdubio fideiussor liberatur. quod si non perfecte soluerit, in reliquum fideiussor conuenitur.

a Quamuis heres tutoris tutor non est, tamen si legitimæ ætatis & masculus sit inchoata implere debet, sine dolo malo. & quod apud tutorem fuit, reddere debet. id vero quod apud pupillum fuit si attigerit, tenetur vtili tutelæ.

b Nisi iam rationes tutelæ reddiderit, vt inutile dicitur lib. 49. tit. 1. dig. 27. & tit. 13. th. vltimo. Lege & tit. 10. eiusdem libri dig. 2. & 9. dig. tit. 10. huius libri.

c Inquantum enim conuenitur tutor, potest & fideiussor eius conueniri, vt lib. 26. tit. 7. dig. 32.

d Alij fideiussores vsuras non præstant nisi in omnem causam intercesserint, vt lib. 19. tit. 2. dig. 54. lib. 46. tit. 1. dig. 68. Est igitur hoc in pupillis singulare. & merito. nec enim res certa sed indemnitas pupillo promittitur.

e Quia ostendimus heredem quoque tutoris posse tutelæ conueniri, videndum an etiam proprius eius dolus vel propria administratio veniat in iudicium. & Seruius ait, si post mortem tutoris heres eius negotia pupilli gerere perseuerauerit vel in arca tutoris pupilli pecuniam inuenerit & consumpserit vel quod tutor stipulatus fuerat exegerit, tutelæ iudicio eum teneri suo nomine. nam cum permittatur aduersus heredem ex proprio dolo iureiurando pupilli condemnationem fieri, apparet eum tutelæ teneri ex dolo proprio. Plane negligentia ei non imputatur. Vsuras quoque pecuniæ pupillaris quam agitauit præstare debet heres tutoris. quotas autem & cuius temporis vsuras præstare debeat, ex bono & æquo constitui a iudice oportet.

f Nam & si iure non potuit exigere tamen siue extra iudicium siue obreptione iudicij exegerit, id pupillo præstat, vt de neg. gestore dicitur lib. 3. tit. 5. dig. 5. 7. 21.

g Et qui eum qui a me pecuniam mutuatur adfirmat locupletem esse, si inops sit, tenetur de dolo, non quidem simpliciter, sed secundum distinctionem lib.4.tit.3.dig.7.in fi.& dig. 8. τῦ πλάτους.

h Vt enim si plures mandauerint pecuniam credi, in omnes actio diuiditur, ita & in his diuidi eam oportet. INNOMINATI. Vnusquisque enim eorum insolidum tenetur vt lib. 17. tit.1.dig.59.& 60.& in fi.15.lib.

i Ipse etiam non tenetur nisi confirmatus sit & non appellauerit, vt in fi.14. dig. 1.tit.

k Tale iudicium in heredem tutoris transfertur quale contestatum est a tutore. Hoc eo pertinet vt non excusetur actione tutoris heres si dicat se rationes tutelares non inuenisse. nam cum ex omnibus bonæfidei iudicijs heres propter dolum defuncti teneatur, idem seruari debet in tutelæ actione. & summi quidem Iuris ratio vult etiam si lis non sit contestata cum tutore, heredem teneri. sed Constitutionibus subuentum est ignorantiæ heredum, videlicet cum post tutorem tutores priores conueniuntur. nam si lis contestata sit cum tutore, heredibus Constitutiones opem non ferunt. Nam litis contestatio actiones in heredes actoris & aduersus heredes delinquentis transfert & temporales perpetuas facit. in 2.Const.52.tit.5.lib. Codicis ait, si sine dolo vel culpa vel fraude heres tutoris instrumenta non reddat, non esse locum iureiurando in litem sed veritatem spectari, & vbi ex dolo iuriiurando locus est, inuitum id actorem non iurare. nam & lib.6. tit.1. dig.71. dicitur, dolo a possessore admisso, audiri actorem si quod interest accipere quam iurare malit.

l Ex negligentia tutoris non condemnatur heres nisi tutor litem contestatus sit vel lucrum ad heredem postea peruenerit ex culpa testatoris.nam 4. Const. huius tit. ait teneri heredes tutoris in id quod peruenit ex pupilli rebus.

m Τὸ κ̄ʒ̄ ποδὸς habet neque ex damno pupilli lucrum captatum & ait Thalelæus; Non dicit, Si lucrum ad heredes peruenerit vel non peruenerit sed hoc tantum, si lucrum fecerit tutor.

n Hinc dici potest, dolum esse, si quis quid redat alteri per gratiam. Vnde & is cui mandatum est vt emeret si rem cesserit alteri, dolum facere videtur vt in tit. Mandati librorum De rebus. Nam lucrum est, animo satisfieri.

o Heres tutoris administrantis tenetur nisi excusauerit se. Lege 51. Const. sequentis 55. tit.

p Hoc multis constitutionibus continetur huius libri, eum qui administrauit prius esse conueniendum, tum eum qui non administrauit.

q Didicimus in tit. mandati de rebus & tit. de neg. gestis τῶν πρώτων & in tit. De procuratoribus, ea quæ debent ij qui aliena negotia gerunt referenda esse in rationes: imputatur enim eis cur sibi non soluerint quæ debebant.

r Hoc manifestum est, inquantum lucrati sunt condemnari eos. Memineris 1. Const. tituli quæ indistincte de lucro loquitur, siue ipsi lucrum fecerint siue tutor.

ſ Et 2. huius tit. Constitutio ait heredem teneri eorum nomine quæ non administrauit tutor.

Lib. 17. Dig. tit. 8.

TITVLVS VIII.

Magistratus teneri datis a se tutoribus non existentibus soluendo.

VLPIANI.



SVBSIDIARIA actione magistratus tenetur non fideiussores [a] vel nominarores eius, non curia, nisi in se periculum receperit, quo casu præsentes [b] tenentur. paria enim hæc sunt nominare, & fideiubere & in se periculum recipere. sed datus tutor a magistraru non videtur datus a municipibus. Neque prætor neque quis alius [c] cui tutoris dandi ius est, subsidiaria tenetur [d]. Si magistratus [e] cum ei permisisset præses indagare & inquirere de facultatibus tutoris, gratia aut pecunia falsa renuntiauerit, tenetur. itemque si præses qui tutorem 1.

dedit

dedit eum ſatis accipere iuſſit. Siue magiſtratus ſuggeſſerit præſidi nomina tutorum, ſiue alijs ſuggerentibus ipſe de eis inquirere iuſſus ſit, tenetur f. Subſidiaria etiam heredibus competit. Si ex g relatione magiſtratus dederit curatorem præſes non idoneum h, magiſtratus tenetur. itemque ſi iuſſu præſidis ſatis exegerit vel curatorem dederit. Si monitus i magiſtratus tutorem vel curatorem dare diſtulerit, damnum quod contingit pertinet ad eum. Si magiſtratus data opera tutoris dationem vel ſatiſdationes in ſucceſſores ſuos diſtulerit k, tenetur. Is etiam tenetur qui ſatiſdationes l probare iuſſus eſt m. Si inter magiſtratus conuenerit vt ad alterum tantum tutelæ periculum pertineret, pupillo non præiudicatur, & conuentione ea ius publicum n non mutatur. ipſe tamen prior conuenitur, & eo non exiſtente ſoluendo, collega, ſicut & ſi ſolus vnus tutorum ſatiſdediſſet. † prior enim conuenitur. Si deſit in ciuitate pupilli idoneus ad tutelam, ex vicinis ciuitatibus magiſtratus quærent & præſidibus referent non etiam ipſi dabunt. Non ſatis eſt a magiſtratu idoneum tutorem dari, niſi & ſatis acceperit o. Quod ſi idoneos fideiuſſores accepit, & poſtea vel ipſi vel tutores fiant non ſoluendo, nihil periclitatur, ſicut nec ſi ſatis non acceperit, ſi modo eo tempore quo tutelæ agi poteſt idoneus tutor fuerit. Magiſtratui autem incumbit vt probet idoneum fuiſſe p. Priuilegium pupillus in bonis magiſtratus non habet q, ſed par eſt ceteris creditoribus. Rem r pupilli ſaluam fore, pupillus ipſe vel ſeruus eius ſtipulati debet, vel ſi non ſit, tabularius aut magiſtratus, & hinc actio pupillo competit. Pater ſ magiſtratus filijf. de peculio tantum tenetur, etiam ſi voluntate t eius filius decurio factus ſit. quia ſoli Reip. indemnitatem pater conſentiens filio ad decurionatum u promittit.

† Vitium eſt hac in parte in Baſilico

2. VLPIANI. Si vnus tutorum altero egeno condemnatus inſolidum ſatisfecerit, ſi quidem ſcierit eum ſatis non dediſſe, neque ipſe x, neque pupillus y actionem habet aduerſus magiſtratum. quia debuit a contutore ſatis exigere, vel ſuſpectum eum facere.

3. IVLIANI. Quod ſi tutor ab hac parte culpa vacet, aget aduerſus magiſtratum.

4. VLP. Magiſtratus z omne ſuſtinet periculum, heres autem eius dolo proximæ culpæ ſuccedaneus eſt. nam & heres tutoris ex culpa non tenetur.

5. IVLIANI. Si duo a tutores qui non ſatiſdederant diuiſerint inter ſe adminiſtrationem, & vnus factus ſit non ſoluendo, alter tenetur, non magiſtratus. Similis b enim hic eſt ei qui quædam geſſit, quędam non geſſit. nam eorum etiam quæ non geſſit nomine tenetur, ſi debuit gerere.

6. VLP. Non aliter c conueniuntur heredes magiſtratus quam ſi fideiuſſores non acceperit, vel minus idoneos acceperit, non etiam ſi poſtea deſierint eſſe idonei.

CELSI. Si magiſtratus dolo ſatis non acceperint, in quem vult, agit pupillus; Si culpa, ſinguli tenentur pro virili, ſi pupillo, ſatisfiat. 7.

MODEST. Si magiſtratus cautionem [d] acceperint, & vnus eorum ſine herede deceſſerit, alter inſolidum tenetur. 8.

IDEM. Magiſtratus etiam in vſuras tenentur [e] quia perinde ac tutores tenentur, licet regulariter pœnarum vſuræ non petantur. Ma- 9. 1. 10.
giſtratibus [f] pupillis tutores dedit, & maleuole debitam ab eis ſatis-
Lib. 5. tit. 42. dationem non exegit. Conſtitutio iuuenibus permittit, ſi nondum legitimam ætatem compleuerint, vt ſatis a tutoribus exigant, dicens, repellendos adminiſtratione eos, qui ſatis non dant. Si dati tutores 2. 11.
quidam deceſſerint, vnus ſuperſit, qui ſupereſt non debet adminiſtrare niſi prius ſatis dederit. quod ſi non ſatisdederit, vt ſuſpectus remouetur, ſine infamia, ſi inopia non ſatisdederit, cum infamia, ſi data opera ſatisdationem omiſerit. Et in locum defunctorum alios tutores præſes debet dare, præſertim [g] cum patrimonium pupilli noua hereditate auctum eſt. Dati autem tutores ab heredibus defunctorum rationes exigere debent [h]. Tutor [i] qui nec teſtamento [k] da- 3. 12.
tus erat, & non ſatisdederat, conuentus ab aliquo pupilli nomine, & condemnatus eſt. Pupillus petit reſtitutionem in integrum. Et reſcribit Conſtitutio in hunc modum. Tutor qui teſtamento datus non eſt, & qui ſatis non dedit, nihil agere poteſt. Vnde & ſi condemnatus ſit, nullam firmitatem habet quæ ab eo geſta ſunt [l], neque neceſſaria eſt reſtitutio in integrum, quando ea quæ ab eo geſta ſunt ipſo iure irrita ſunt. Teſtamento [m] datus tutor, vel non [n] datus vtili- 4. 13.
ter, confirmatus tamen, vel ex inquiſitione datus, non ſatisdat. Pluribus vero ex inquiſitione datis is, qui ſatisdationem offert alijs præfertur. Tutor [o] qui ſatisdedit, nihil quidem ex bonis pupilli alienare 5. 14.
poteſt, bonorum tamen poſſeſſionem petere nomine pupilli, & cetera exequi quæ tempore arctantur [p] poteſt. Magiſtratus tutoribus 1. 15.
datis, vel nominatis, id eſt eorum nominibus ad præſidem miſſis, ſolitam ab eis ſatisdationem acceperunt Rem pupilli ſaluam fore, & ſeparatim ſtipulati ſunt ſe eius tutelæ nomine indemnes futuros, & in hanc rem alios fideiuſſores acceperunt. A tutoribus perperam negotijs geſtis, & tam eis quam fideiuſſoribus eorum inuentis non ſoluendo, magiſtratus conueniuntur vt indemnem pupillum præſtent, atque actiones cedant quas habent aduerſus fideiuſſores, quæ ſibi indemnitatem promiſerunt, aduerſus quos [q] etiam ſine ceſſione pupillus vtilem actionem habet. Heredes magiſtratus ita demum te- 2. 16.
nentur, ſi lata culpa magiſtratus cautio præſtita non ſit [r]. Si duo ma- 3. 17.
giſtratus tutorem dederint nec ſatis exegerint [s], & ſint vtrique ſoluendo [t], ſinguli pro virili parte conueniuntur. A pupillis conueniri 4. 18.
prius debet tutor qui adminiſtrauit, tum fideiuſſores eius, deinde contutores, qui cernentes rem ab eo male adminiſtrari, debebant eum remouere quaſi ſuſpectum, poſtremo magiſtratus ſi nullo modo ſatis-

do ſatis-

7. 5. 19. do ſatisfiat indemnitati pupilli. Magiſtratus conueniuntur ſi tempo-
re depoſiri officij tutor ſoluendo non fuerir. nam ſi ſoluendo fuerit, ſi-
8. bi potius impurare pupillus debet quod non citius egerit rurelæ priuſ-
6. 20. quam is faculraribus euerteretut. Præſes [u] decreto iure curatorem
9. dedir, & iuſſus a magiſtratibus ſcriba inuentarium facere, & pro mo-
1. 10. do eius fideiuſſores accipere, minorem quantitarem ſcripſit, arque a-
deo in minorem ſummam fideiuſſores accepir, & curator ſecundum
inuentarium rem geſſit. Conſtitutio air valere curaroris dationem
iure factam, ſcribam autem deliquiſſe qui minorem quantitatem de-
2. 11. 1. 21. ſcripſit. Si mulier [x] a magiſtratibus petierir ſuo periculo liberis tuto-
res dari, & dati tutores male adminiſtrauerinr, magiſtratus renetur
2. 22. qui tutores dedir periculo matris. Datis [y] tutoribus, mater pupillo-
rum, & auus paternus adminiſtrationem ſuſceperunt promiſſa ruto-
ribus indemnitare, & quædam male adminiſtrauerunr. Si pupilli poſt
puberratem [z] agant aduerſus rutores [a] non aduerſus matrem & auum
qui adminiſtrauerunt negotia, recte illi petent ſibi indemnitatem
12. 3. 23. præſtari. Mater [b] quæ tutorem liberis ſuis petijt, non aliter tenerur,
quam ſi nominarim ſuo decreto id præſes comprehenderir, peticu-
4. 24. lo [c] matris tutorem dari. Si tutor [d] pupillo darus ſit conrra volunra-
tem marris, depelli debet ſine infamia, niſi dolum in tutela feciſſe
conuictus fuerit.

a Hi enim rempub. ſaluam fore promittunt, non rem pupilli.
b Nota quod ait præſentes tantum teneri. nam lib. 10. Codicis tit. 32. Conſt. 44. dicitur quod
13. fecerint duæ partes curiæ, id perinde ratum eſſe ac ſi feciſſet omnis curia.
c Exceptus magiſtratibus municipalibus, vt dig. 1. & 7.
d Sed ij taotum qui ſatisdationem exigere ſolent, vt Inſtit. 1. tit. 24. in fine. Lege & libr. 5. Codicis tit. 3. Conſt. 1. & eiuſdem lib. tir. vlt. Conſt. vlt.
e Lege tit. 7. dig. 4. th. vlt. & huius dig. poſt 2. th. CYRILLI. Magiſtratus a præſide iuſſus
14. excutere bona tutoris dandi, modo per gratiam vel lucrum falſa non renuntiauerit, non tenetur. Iuſſus autem ſatis exigere, ſi non exegerit, tenetur, ſicut & ſi non idoneas perſonas
15. præſidi denuntiauerit, vel alio denuntiaote ſuo teſtimonio comprobauerit.
f Vtroque caſu tenetur, ſi dolo vel culpa verſatus ſit.
g Si curatorem noo idoneum præſes dederit ex ſuggeſtu magiſtratuum, vel ſi ad eos remiſerit vt ipſi dent, vel iuſſi non exegerint ſatisdationem, periculum ad eos pertinet, ſicut & is qui iuſſus eſt æſtimare an idonei ſint fideiuſſores.
h Secundum id quod dicitur lib. 26. tit. 5. dig. 24. & in hoc poſt 2. th.
i Qui debeant monere didiciſti lib. 26. tit. 6.
k Id agens vt ad ſucceſſorem ſuum periculum pertineret.
l A tutoribus præſtitas, quæ hodie defenſoribus ciuitatum permittuntur.
m Si non idoneum quaſi idoneum probauerit perperam.
n Priuatorum enim conuentio iuri publico non præiudicat, vt lib. 38. tit. 16. dig. 16. & lib. 11. tit. 7. dig. 20. & lib. 50. tit. 17. dig. 27. 45. Vtilitas autem pupilli ad publicam curam pertinet, vt lib. 26. tir. 6. dig. 2. & tit. 7. dig. 5. ad finem. Lege lib. 50. tir. 8. dig. 2. th. 5. Sed & teſtatoris præcepta pupillo, vel iuri publico non præiudicant, vt lib. 26. tit. 7. dig. 5.
16. o Nam ſi tutor poſtea fiat non ſolnendo qui dationis tempore ſoluendo erat, cuique ideo
17. fides habita eſt non exacta ſatisdatione, non liberatur magiſtratus. Lege lib. 26. tit. 3. dig. 5. & tit. 7. dig. 52.
p Nec eoim pupillo incumbit vt doceat fideiuſſores ſoluendo non fuiſſe cum acciperentur.
18. Similiter de probationibus lib. 22. tit. 3. dig. 11. & lib. 4. Codicis tit. 19. Conſt. 3.
q In fine 3. tit. didiciſti aduerſus quos habeat priuilegium. Lege libr. 5. Codicis tit. 33. Conſtit. 1.
r Exigere autem magiſtratus cautionem a tutoribus ſic oportet, vt vel ſeruus pupilli ſtipuletur, vel ipſe pupillus ſi fari poteſt & præſens eſt. bis enim permittere tutores & fideiuſſo-

res eorum debent rem pupillorum saluam fore. At si nemo eorum est qui possit stipulari, seruus publicus stipulatur, hoc est tabularius ciuitatis, vel ipse magistratus. & magistratu vel tabulario stipulante, ex ea stipulatione vtilis actio pupillo datur.

f CYRILLI. Si filiusf. magistratus satis non exegerit, vel non idoneos fideiussores acceperit, pater eius de peculio tantum tenetur, licet voluntate eius factus sit magistratus. hoc enim soli ciuitati eum obligat. τὸ πλάτος. Si filiusf. magistratus non curauerit a tutoribus caueri pupillo, aut non idonee cautum sit culpa eius, an & quatenus pater eius teneatur, quæritur. Et ait Iulianus siue voluntate patris filius decurio factus sit siue non, patrem de peculio tantum teneri. nam & si voluntate patris magistratum filius administrauerit, attamen non oportet patrem vltra quam de peculio conueniri. nam soli Reip. obligatur pater qui consentit filio creato decurioni.

t Quando pater consentiat filio ad curiam vocato, disces lib.50.tit.2.dig.7.

u Et lib 15.tit.1.dig.3. ait, Si filiusf. magistratus non curauerit caueri Rem saluam fore pupillis, teneri patrem de peculio, licet voluntate patris filius decurio factus sit. quia Remp. saluam facere cogitur, & lib.50.tit.8.dig.7. si filius voluntate patris magistratum gesserit, patrem in omne id quod filius reliquatus fuerit teneri. In dig.autem 2.tit. 1. eiusdem libri, si voluntate patris filius decurio factus sit, patrem quasi fideiussorem adstringi omnibus muneribus ciuilibus. at si quibus debuit tutores non dederit. vel si non idoneos dederit, vel si satis non exegerit, aut non idoneos fideiussores acceperit, ipsum filium teneri non patrem. quia nec alij fideiussores eo nomine tenentur, cum Rempub. saluam fore promittant. Rei autem publicæ pecuniariter non interest tutores dari. Hæc non sunt contraria. nam quod dicitur lib.50. patrem non teneri, ita intelligitur, cum suo nomine per omnia quasi fideiussorem non teneri. nam filij nomine tenetur de peculio secundum id quod dicitur lib.15. & 27. In prima autem Const.26. tit.4. lib. Codicis, si voluntate patris filiusf. decurio factus sit, & a magistratibus tutor datus, ait patrem insolidum teneri. comparatur enim tutela alijs oneribus ciuilibus, & lib.10.tit.62. Const.4. si non periculo meo magistratus filiumf. curatorem nominauerit, non esse necessariam appellationem. quia non ego sed nominator tenetur, nisi voluntate mea filius factus sit decurio. Curatorem autem accipere oportet publicorum, vel ciuilium operum, vt possit conueniri pater quasi fideiussor. Ait & tit.32. eiusdem libri Const. 10. filio voluntate mea decurione facto, me & heredes meos Reip. teneri. qoia similis sum fideiussori. Filio autem non existente soluendo si conueniatur, dici non potest, si † consen-
†Videtur deesse negatio. serit eum non teneri, sed si voluntate eius factum sit teneri. nam conseotire videtur pater qui præsens actis non contradicit, vt lib.50. tit.2. dig.7. Lege & tit.4. dig.3. quo ait patrem filiumf. ad munus vocatum, nisi habeat excusationem, auferre non posse. Quod enim non consentit pater muneribus filij, in hoc tantum prodest, ne patrimonium eius obligetur.

x Didicisti tit.2.dig.1. ita demum contutorem potius quam magistratum conueniri si a contutore satis non exegerit, vel quasi suspectum eum non remouerit.

y Cui iam satisfecit is qui soluendo erat.

z In heredes magistratus Pij Constitutio præcipit causa cognita actionem subsidiariam dari. nam si magistratus tanta fuit negligentia, vt omnem cautionem omitteret, æquum est haberi eum loco fideiussoris, & heredem eius teneri. Sed si cautionem exegit, & tunc idonei fuerunt fideiussores, & postea desierunt, sicut ipse probe recusaret actionem superstes, ita & heredes eius eam recusabunt multo iustius. Nouissime Constitutio ait, non alias magistratus heredem teneri quam si euidenter magistratus non idoneum fideiussorem acceperit. CYRILLI. Magistratus in omne periculum eius quod a tutore petitur succedit. Heres eius ex sola lata culpa tenetur. nam & heres tutoris ex culpa non tenetur.

a CYRILLI. Etiam si tutores inter se diuiserint administrationem, vno defecto facultatibus, contutor conuenitur prius quam magistratus. Cum enim sciret satisdatum non esse, debuit ipse omnium bonorum administrationem suscipere ac si solus tutor datus esset.

b De his didicisti lib.26. tit.7.dig.54.th.1.& tit.55.lib.5.

c CYRILLI. Si magistratus satis non exegerit, heres etiam eius tenetur sicut fideiussoris. quod si exegerit & postea desierit fideiussor esse soluendo neuter tenetur. Nisi euidenter egeni erant, non tenetur heres eius.

d Forte non idoneam, propter id quod dicitur dig.6.

e Lege lib.50. in late diffuso contextu tit.1.dig. 23. Extat ius in fisco lib. 10. Codicis tit.8. Const.1.

f THEON. Curator qui solitam satisdationem non præstat, remouetur, & vt ait 2. Const. huius tit. infamis fit, nisi vel careat fraude vel non habuerit quos daret.

g Hic articulus indicio est, etiam si auctum, non sit patrimonium, debere tutorem dari.

h Τὸ κατ᾽ πόδας. Tutores dati ab heredibus eorum quos decessisse dicis, rationem tutelæ deposcent.

i THEON. Tutori qui satis non dedit non licet administrare, neque vendere, vt subjicit 5.Const. huius tit. nisi ex inquisitione datus, vt hæc 3. Constitutio docet, vel ex inquisitione confirmatus sit, vt 4. Const.

k Adde, nec ex inquiſitione. nam ij non ſatiſdant.

l Quia legitima perſona non fuit, ideo non valet ſententia.

m Theod. Si plures tutores ex inquiſitione dati ſint & vnus eorum ſatiſdederit, præfertur ceteris. Idem & in teſtamentarijs locum habet.

n Hoc didiciſti in libro ſingulari de tutelis tit. de confirmando tutore, quemadmodum ſcilicet teſtamento datus a patre tutor ſatiſdatione non oneratur, ita nec eum qui datus a patre confirmatione eguit.

o Theod. Tutor qui ſatiſdedit, bonorum poſſeſſionem pupillo petere poteſt, necnon & agere temporali actione pupillo competenti. At ſciendum quod ait 2. Conſt. 45. tit. huius libri, non iure datum tutorem non intendere actiones pupillo competentes.

p Veluti conteſtari temporales actiones, vſucapionem interrumpere, & quæcumque his ſimilia facere.

q Nota pupillum qui non eſt ſtipulatus habere actionem.

r Hoc eſt non acceperint magiſtratus tutelæ nomine ſatiſdationem.

ſ Additur εἰς τὸ τῆς παιδὸς, nec alias ſeruari pupillo indemnitas poteſt & ait Thalelæus; Nam ſi alias ſeruari ei indemnitas poteſt, per reſciſſionem puta eorum quæ in fraudem geſta ſunt ſecundum Conſt. 2. magiſtratus non tenentur.

t Bene. nam ſi vnus fuerit non ſoluendo, agitur cum altero.

u Theod. Etiam ſcriba pupillo tenetur ſi negligenter vel doloſe inuentarium bonorum fecerit, cum non ſatiſdediſſet tutor. Lege No. 99. Nota Conſtitutionem. nuſquam enim alibi fit mentio ſcribæ qui debeat conueniri ex tutelæ cauſa.

x Theod. Licet mater petierit tutorem, periculum tutelæ non ad eam pertinet ſed ad magiſtratus, niſi decreto in ſe periculum receperit, vt ait 3. Conſt. huius tit. Non ſunt igitur duæ Conſtitutiones inter ſe contrariæ. Sciendum tamen eſt ex 4. lib. 29. dig. 6. adiuuari Velleiano matrem quæ ſuo periculo tutorem petijt. Caloeyri Proconſulis. Quia periculum ad magiſtratus pertinet ſi tutorem non dederint vel ſi caueri non curauerint, manifeſtum eſt mulierem intercedere ſuſcipientem periculum quod eis impendet, poſtulantemque ſuo periculo tutorem dari, & ideo non tenetur propter fauorem Senatuſconſulti. At ſi periculum non pertineat ad eum qui tutorem debet dare vt ſi prætor ſit vel alius qui idem ius habeat ſecundum 1. cap. huius tit. loco 2. & exiſtat mulier quæ extra periculum cum eſſet illum adeat & ſuo periculo liberis tutores dari petat, iam non videtur intercedere vt conſtat ex c. 23. huius tit. & ideo liberis tenetur, certe omnimodo eis qui adminiſtrauerunt non exiſtentibus ſoluendo, & maxime ſi prætoris decreto comprehenſum ſit mulieris periculo tutorem dari. Sed vt huius rei ratio conſtat velim animaduerti in cauſa interceſſionis tria quæ ſequuntur ſpectari, reum principalem, vt puta eum qui pecuniam mutuatus eſt; eum qui pro eo interceſſit veluti fideiuſſorem; & fœneratorem, ne a propoſito exemplo diſcedamus. Hic vero & ſi pupillos actorum loco habeamus, reus deficit qui quidem fuiſſet prætor, ſi obligaretur & pro pupillo periculum ſubiret vt magiſtratus municipalis. Quia tamen nulli ſubiectus eſt periculo, vt cauetur prædicta ſecunda parte 1. capitis, qui dicemus pro eo mulierem intercedere? Quod & in magiſtratibus poſſet dici, non ſine ratione teneri matrem quod non intercedat pro alio, niſi quis dicat pro ſe ipſa eam magis proprie interuenire id non alias factura id eſt non alias ſuſceptura periculum quam ſi liberis tutorem petijſſet. Igitur. quia non pro reo intercedit mulier, non eſt hoc interceſſio, ſed veluti principalis & propriæ obligationis ſecundum mentem quam diximus agnitio. Verumtamen non aliter obligatur quam ſi decreto comprehenſum ſit periculo eius tutorem dari, quo quidem decreto potior ipſa non erit cum interceſſionis locum non obtineat.

y Theod. Si mater promiſſa indemnitate tutoribus, negotia pupilli geſſerit, poſt pubertatem filius aget aduerſus tutores non aduerſus eam. nam & 9. Conſt. 51. tit huius libri, ait matrem filij ſui negotia gerentem & indemnitatem promittentem non teneri, tutores teneri reliquorum nomine, & hoc non tantum in matre ſed & omnibus procedit qui res pupillares adminiſtrant & tutoribus indemnitatem pollicentur. Lege lib. 2. tit. 18. Conſt. 4. quæ non obſtat cum ponat mandatum interueniſſe.

z Τὸ τῆς παιδὸς habet legitimæ ætatis effecti. & ait Thalelæus; Nota legitimam ætatem dici pro pubertate. nam frequentius dicitur dicitur pro ætate xxv. annorum.

a Potuit † agere aduerſus matrem & auum ex regula quæ dicit tutores qui adminiſtrauerunt priore loco conueniri. quia mater & auus tutor ei non eſt. † Videtur legendum, Non potuit.

b Cur non dicimus interceſſionem eſſe? interceſſio tres perſonas exigit, mulierem, actorem, & eum pro quo mulier conuenitur. Hic vero duas quidem deprehendimus, mulierem & tutores qui nomine pupilli agunt cum ea. Conueniri autem eam pro aliquo, falſum eſt. nam & ſi dixeris eam pro tutoribus conueniri, falſum dixeris. nam tutor qui aduerſus eam agit, non conuenitur. Conuenitur tamen ob malam eius adminiſtrationem. & merito non eſt interceſſio.

c Nota ſolam poſtulationem tutoris matrem non obligare, ſed ſi ſpecialiter decreto

comprehendatur periculo eius tutorem dari.

d THEOD. Non datur tutor quem moriens mater dari prohibuit: sed & datus si quid dolo fecerit infamia notatur. Memineris 9. Const. 43. tit. huius libri.

Lib. 27. Digestorum tit. 9.

TITVLVS IX.

De rebus eorum qui sub tutela vel cura sunt sine decreto non alienandis vel obligandis, & quando decreto opus non sit.

Res immobiles minoris, etiam si pater eius eas venales habuerit, non alienantur, nisi specialiter testamento [a] vel codicillis alienationem permiserit. Quod si æs alienum sit quod non possit ex ceteris rebus exsolui, prætor æstimat vtrum vendi an obligari debeat salua actione pupillo si probetur obreptum [b] prætori fuisse. Socius [c] recte prouocat pupillum ad diuisionem. Et qui a patre eius fundum pignori accepit, vti suo iure [d] potest. Etiam si venalem [e] fundum habuerit pupilli pater, vendi non potest. Si [f] minor xxv. annis emit prædium hac lege vt quoad pretium solueret pignori esset obligatum venditori pignus non valet [g] quia [h] iam dominium eius quæsitum est minori. 1.

PAVLI. Imperiali igitur [i] rescripto opus est vt pignus confirmetur. At fisco vendente, conuentio valet etiam sine beneficio principis. 2.

VLP. Si pecunia pupilli alter pupillus fundum emerit, domino pecuniæ fundus [k] obligatus est. Alienationes [l] non ex voluntate tutorum sed auctoritate præsidum vel magistratuum vel aliorum habentium potestatem, factæ valent. nam & pignus capi & distrahi iubere possunt & mittere in possessionem ex causa damni infecti & rei seruandæ & legatorum cautionis causa. Si tutor [m] petierit fundum pupillarem & acceperit æstimationem litis, alienatio valet, sicut & cum ipse conuentus & victus [n] restituit pupillarem fundum [o]. Neque ἐμφυτευτικὸν vel ἐμβατικὸν ius a tutore [p] alienatur, neque vsusfructus, vel nudus vsus neque seruitus rebus eius imponitur [q], sicut nec dotali prædio [r], neque seruitutem [s] quam habuit vel vsumfructum vel vsum remittit. Sed & si tutoris culpa amiserit vsumfructum non vtendo, restituitur. 3.

PAVLI. Sed & si lapidicinas vel metalla cretæ aut aluminis aut argenti [t] aut similium habeat quæ priuatus habere potest. 4.

VLP. Inhibetur & horum alienatio, itemque salinarum & prædiorum ab eo bona fide emptorum [u]. sed si res tutoris quasi pupillaris alienetur, valet, [x]. Fundum [y] pupillo pignori obligatum vendere tutores possunt, nisi ei vel patri eius iure dominij [z] eum possidere permissum sit vel ex causa damni infecti eum possidere iussi sint. Si 5.

scripto herede pupillo, agrum ab eo legauero [a], si quidem meum, etiam sine prætore præstatur, sin pupilli necessaria est prætoris aucto- ritas [b]. Si pupillus stipulanti fundum promiserit, tradere eum non po- test citra prætorem [c]. Diuersum est si pater eius vel alius cui ipse succes- sit promiserit aut vendiderit [d]. Legatum ei fundum repudiare sine prætore non potest. nam & hoc alienatio est [e]. Si pupillo pecuniæ vel reditus desint vel debitores [f] qui conueniri possint vel aliæ res quæ vendi possint & dissoluere æs alienum, & vrgeat creditor aut grauent
1. vsuræ, prætor pro vtilitate pupilli statuere debet vendi aut obligari prædium ita vt ne plus quam debeatur fœnori accipiatur, & ne pro- pter modicum debitum magna possessio vel vtilior distrahatur. Non debet autem solis tutoribus vel curatoribus credere sed aduocare debet parentes vel cognatos pupilli & libertos fideles & alios qui notitiam bonorum habent, & ijs deficientibus iubere edi rationes & inuentarium bonorum. Dare etiam debet aduocatum [g]. Prætor de- cernere potest vendi fundum prouincialem [h], si Romæ tutela age- batur & hi tutores etiam erant prouincialium. Prætor decernere de- bet creditori solui quæ ex venditione vel hypotheca redacta fuerint & huic rei præponere officialem. Si [i] non interueniente ære alieno alienari prædium decernat, non valet, etiam si tutores vel curatores adfirment expedire [k] pupillo eo carere vel aliud pro eo comparari [l].
2. Si obreptum prætori fuerit, pupillus non tantum in personam ad- uersus tutores actionem habet sed & in rem [m]. Si non [n] pro diuiso sed pro indiuiso prædium commune pupillus habeat decreto opus est.
6. VLP. Sed si proprietatem alius habeat, alius vsumfructum, non
3. 7. est locus ijs quæ de diuisione dicta sunt. nec enim socij sunt. Si pupilli communem fundum habeant, cessat alienatio vel diuisio siue eos- dem [o] siue diuersos tutores habeant. Opus enim est prouocatione. nullus vero pupillorum prouocare [p] potest, sed ipsi ab alijs prouocan- tur [q]. Fundum pupilli mihi permissu prætoris pignori obligatum, ven- dere possum. tutius tamen fecero si adiero prætorem. Etiam si parens sit tutor, decreto opus est. facilius tamen ei prætor fidem habebit in hypothecis [r]. Si decreuerit venundari & tutor pignori obligauerit, vel e contrario, non valet quod actum est. Si decreuerit vendi vel obligari, electionem tutor [s] habet quamuis non debuerit [t] ita decer- nere. Si [u] sine decreto pignori fundum tutor obligauerit & mutua pe- cunia alium creditorem hypothecarium absoluerit, locus est excep- tione doli. quia obligare potest soluendi alterius sub grauioribus vsu-
4. ris debiti causa, & in ius prioris creditoris posterior succedit.
8. IDEM. Qui pro tutore vel pro curatore gerit, alienare non po-
5. test. Curatoribus [x] etiam furiosorum & cæterorum [y] alienantium præ- dia, opus decreto est. Rerum communium diuisio [z] non obligatio [&] permittitur sine decreto.
9. VLP. Tutor qui per interpositam personam dolo malo secundum

decretum iudicis emit rem pupilli coercetur.

IDEM. Actio in rem extinguitur si prædio illicite allienato tutelæ actione a tutoribus pretium pupillus consequutus sit. 10.

IDEM. Et adolescentium & aliorum qui sub curatoribus sunt prædia præsides prouinciæ causa cognita venundari permittunt. 11.

PAVLI. Ne infructuosum quidem agrum vendere tutor potest. Si per errorem sine decreto fundum tutor alienauerit & pecuniam soluerit crediroribus paternis, vindicanti pupillo fundum cum fructibus, obstat exceptio doli[b], nisi sortem reddat & medij temporis vsuras debitas creditori, si non erant aliæ res ex quibus creditori satisfieri posset, vel si erant, pupillo tamen seruabantur[c]. 13.

IDEM. Recte[d] alienant tutores quod pater testamento alienari permisit[e]. & si testamentum postea irritum esse apparuit[f]. 14.

a Licet testamentum patris irritum esse apparuit, vt dig. vlt. non omnino tamen patri circa hæc parendum est, oisi pupillo expediat, vt de patre prohibente vel permittente prædia alienati cauetur lib. 26. tit. 7. dig. 5. th. pen. Lege fin. tit. 10. Et non tantum si pater id iusserit valet, sed & si alius a quo prædium in pupillum transijt vt lib. 5. Codicis tit. 72. Const. 3.

b Si per obreptionem fiat non tantum aduersus tutores pupillus personalem actionem habet, sed & in rem vt dig 5. th. pen.

c Si communis res erit & socius ad diuisionem prouocet pupillos vel si creditor qui pignori patre pupilli fundum acceperit, eum vendere velit, nibil nouandum censeo id est in his ius vetus non innono. INNOMINATI. De socio lege finem 5. dig. & 6. & 7. Bene autem Dorothens ponit socium fuisse maiorem, sequutus 17. Const. 71. tit. 5. lib. Codicis.

d Lege 2. th. 7. dig. & finge alienationem boc casu fieri vel ex conuentione patris vel secundum obseruationem 3. Const. 33. tit. 8. lib. Codicis. nam si aliter creditor pignus distrahat, furtum facit vt lib. 13. tit. 7 dig. 4. & lib. 47. tit. 2.

e Si defunctus dum viueret res venales habuerit, moriens tamen non cauerit vti distraherentur, abstioendum erit venditione. non enim vtique quæ ipse viuus voluerit vendere, eadem etiam postea distrahi debent.

f Atquin dicitur lib. 18. tit. 4. dig. 22. & lib. 19. tit. 1. dig. 13. & lib. 21. tit. 1. dig. 31. venditorem retinere rem venditam pro pignore pretij. quod ita intelligi debet vt non cogatur tradere antequam pretium solutum sit non vt sit res pignori obligata post traditionem. Hic igitur ponendum est rem fuisse minori traditam.

g τὸ πλάτος. sic habet, Nam vbi domininm quæsitum est minori, iam non potuit obligari sine decreto. sed illud videtur obstare, quod cum dominio pignus quæsitum est, & ab initio hypotheca inhæsit. Quod si a fisco emerit sub eadem lege, non est dubium pignus valere. Si igitur talis species in priuato venditore inciderit, imperiali rescripto confirmati pignus debet.

h Atquin quod vendidi non fit emptoris nisi prerium soluerit vel satisfecerit vel fides habita fuerit emptori, vt lib. 18. tit. 1. cig. 53. & lib. 14. tit. 4. dig. 5. & instit. 2. tit. 1.

i CALOCYRI Proconsulis. Hic casus maxime conuenit capiti, quo cauetur principem consuli, quoties aliud ius, aliud æquitas suader.

k Secundum Constitutionem Iustiniani & patris eius, quæ iubet prædia empta pecunia pupilli, pignori ei esse.

l Quamuis ex conuentione obligati non possint prædia pupillaria sine decreto, iussu tamen magistratuum vel præsidis vel alterius potestatis pignori capi & distrahi fundus pupillaris potest. Sed & in possessionem mitti rerum pupillarium a prætore quis potest & per eam possessionem in eis adquiritur prætorium pignus, siue legatorum seruandorum causa siue damni infecti. & vt vicinus dominus fiat ædium vel fundi pupillaris, recte eum in secundam possessionem mittet prætor. hæ enim obligationes siue alienationes locum babent in rebus pupillaribus, & valent, quia non voluntate tutoris vel curatoris fiunt sed iussu & auctoritate magistratuum. nam & quid si egerit tutor in rem vindicans fundum pupillarem & noluerit eum possessor restituere?

m Idem eadem ratione dicitur de dotali fundo lib. 23. tit. 5. dig. 1. At quî potest agere? cum libro 28. tit. 8. dig. 7. dicatur prohibitum alienare, nec actionem intendere posse. Sed illud speciale est in eo qui deliberat.

m Nam & hoc voluntate tutoris non contigit.

n Sententia lata aduersus pupillum.

o Nam & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem.

p Quamuis ius quoddam videatur habere potius quam dominium.

q Nam quoties lege, vel conuentione, vel testamento prohibetur alienatio, neque vsusfructus alienari, neqne pignus constitui, vel hypotheca emphyteusisve contrahi, neqne seruitus imponi potest, nisi quid horum lex permiserit, vt lib. 4. Codicis, tit. 51. Const. 7.

r Nam & idem io dotali fundo placuit, qui & ipse a marito vendi non potest.

s Nam & hoc species alienationis est, vt lib. 50. tit. 16. dig. 28. De dotali autem fundo dicitur lib. 23. rit. 5. dig. 5. 6. non posse seruitutes remitti.

t Certe & in dotali fundo deputatur argenti metallum, vt lib. 24. tit. 3. dig. 7.

u Ne alienus quidem fundus, quem pupillus bona fide possidet, alienari potest, nisi tutoris fuerit. Atquin dicitur lib. 41. tit. 1. dig. 35. si procurator meus rem suam quasi meam, vel si tutor quasi pupilli tradiderit, nihil eum amittere, quod nemo errans rem suam amittat. Hic igitur fingi potest, scientem rem suam quasi pupillarem vendidisse. Si vero rem pupilli quasi snam tradiderit, nihil agit, vt tit. 10. huius libri dig. 10. dicitur de furioso, in quo ait curatorem furiosi rem suam quasi furiosi recte alienare. Ait & lib. 22. tit. 6. dig. 9. veritatem valere quam opinionem, & ideo ementem a domino dominium fieri, licet existimauerit eum non esse dominum. & 3. Const. 71. tit. 5. lib. patrem curatorem emancipati inutiliter sine decreto vendere prædium adquisitum post emancipationem, & maxime si id quasi proprium vendiderit, & 1. Const. 73. tit. 5. lib. ait, heredem tutoris, si scienti emptori rem pupilli quasi pupillarem vendiderit, nihil agere. Qund si quasi propriam vendiderit ignoranti, dominum eum non fieri statim, sed habere longi temporis præscriptionem, domino legitimæ ætatis effecto. Ait & lib. 18. tit. 1. dig. 15. quod si ignoranti mihi rem meam vendiderit vel donauerit, & iussu meo alij tradiderit, dominium meum non transfertur. quia non quasi meum, sed quasi tuum donatum volui. & lib. 17. tit. 1. dig. 49. si seruom tuum a Titin bona fide emero, & mandato meo eum vendideris ignoraos tuum esse, teueri te ex empto emptori, nec vindicare illum ab eo posse, & idcircn mandati te mihi non teneri, sed contrariam tibi aduersus me dari, si eum non vendi tua interfuerit. Ego vero non possum eum vindicare. Quod si testator emerit rem tuam, & ego eam vendidero tuo mandato, non vindicari eam abs te, sed aduersus eum qui vendidit testatori tuo te habere ex empto actinuem iure hereditario. Dicitur autem lib. 18. tit. 1. dig. 28. rem alienam vendi posse, & competere ex empto vendito, sed emptori rem auferre. Lege 51. tit. 4. lib. Codicis, quo tractatur de alienis rebus vendendis.

x Si vero rem pupilli quasi suam tradat, non valet, vt tit. 10. digest. 10. th. 2. & lib. 5. tit. 71 Const. 23. & tit. 73. Const. 1.

x Obstat lib. 41. tit. 1. dig. 35. eiusdem Vlpiani. Sed hic fingendum scientem rem suam quasi pupillarem vendidisse.

y Pupillus pignus accepit. quæritur, an id vendere tutor possit. Et placuit posse. quia debitoris est, & quasi alienum venditur. Si tamen impetrauerit pupillus, vel pater eius à principe, vt iure dominij pignus possideat, distrahere id tutor non potest. quia pupillaris res est. idemque si pupillus in possessionem missus ex causa damni infecti, iterum postea mittatur vt dominus fiat ædium vicini. nam & eas vendere tutor amplius non poterit.

z Quomodo hoc procedat dicitur lib. 8. tit. 33. Const. 3.

a Nam legata pure relicta si agnoscantur recta via in legatarium transeunt, oec videntur vnquam heredis fuisse. vt lib. 31. dig. 81. & lib. 47. tit. 2. dig. 65.

b Idem de libertate relicta a minore xx. annorum, lib. 40. tit. 2. dig. 19.

c Alioquin inuenta erit alienandi ratio, popillo promittente, deinde alienante.

d Nam tunc etiam inconsultn prætore implere potest venditionem ab alio inchoatam.

e Atquin lib. 23. tit. 3. dig. 5. ait eum qui repndiat hereditatem, vel legatum consumere non videri, sed non adqnitere. Lege eiosdem libri tit. 5. dig. 14. & lib. 24. tit. 1. dig. 5. th. 10. & lib. 35. tit. 2. dig. 61. & lib. 38. tit. 2. dig. 26. & lib. 42. tit. 8. priocipium 6. dig.

f In sacris autem domibus cum dantur in solutum non meliores, sed quæ sunt mediæ qualitatis dantnr, addita veri pretij parte decima, vt No. 109. th. 7. Debitoribus noo existentibus soluendo meliora prædia non inuento emptore creditori dicit dari pro soluto in fine 3. No.

g Pupillo, qui instruere possit prætorem an consentire obligationi prædiorum debeat.

h Lege 16. Const. 71. tit. 5. lib. quæ exigit decretum interponi a præside prouinciæ, in qua prædium situm est. Item dicitur lib. 26. pupillo habente Romæ & in prouincia, vrbanarum rerum a prætore tutorem dari, prouincialium a præside. Potest & iotra constituta tempora se excusare ab administratione pronincialium, qui vtrarumque datus est tutor, vt huius lib. tit. 1. dig. 11. Lege eiusdem tit. dig. 31. & 36. tit. 5. libri.

i Ne nudo nomine debiti allegato tutores abutantur pecunia quam mutuam acceperint.

k Atquin dicitur in fi. 5. dig. lib. 26. tit. 7. etiam si pater prohibuerit alienari prædia, alienationem permitti si ea alienari expediat.

l Ne infructuosum quidem prædium alienatur, vt dig. 23.

m Seruatur enim pupillo actio, vt dig.1. th.1.

n Quia oratio in rebus communibus nihil eſſe nouandum ait, communes accipimus ſi pro indiuiſo communes ſint. nam ſi pro diuiſo communes ſint, ceſſat oratio, & non poſſunt diuidi ſine decreto. ſed ſi vſumfructum fundi habeat, alter proprietatem, ceſſat & hic magis oratio, quæ de diuiſione rerum communium loquitur. nulla enim communio eſt inter proprietarium & fructuarium. Communia etiam ſi diuidantur, tamen non obligantur, vt in fin. 8. digeſt.

o Hoc intelligitur ſecundum 17. Conſt. 71. tit. 5. libri Codicis, ſi non interponatur decretum.

p Ratio hic prædiorum diuiſioni obſtat. quoniam eodem tutore conſentiente pupilli poſſunt inuicem litigare & diuiſionem facere, vt lib.26. tit.8. dig.15.

p Nam in duplicibus iudicijs qui prouocat actor eſt, & videtur alienare, vt lib. 10. tit. 3. dig.2. & lib.13. tit.1. dig.12.

q τὸ πλάβς habet, Sed ambo alterius prouocationem expectant.

r Cyrillus. Non ſolum tutori, ſed & patri vel auo non licet fundum pupillarem obligare ſine decreto.

ſ Quia non vnum permiſit prætor, ſed duo ſub alternatione; In arbitrio eſt tutoris hoc, vel illud facere.

t Debuit enim prætor ſtatuere & eligere vtrum obligare an vendere permittat.

u Cyrillus. Si tutor fundum pupilli ſine decreto obligauerit, & ſumptam mutuam pecuniam impenderit in id quod pupillus debebat ſub pignore, creditor habet exceptionem doli. Eadem vero res obligata priori creditori recte obligatur ſecundo in ſortem & in vſuras. Lege dig.13. th.2. & 10. dig. De his autem lege lib.14. tit.1. dig.1. th.9. & quæ in eo adnotata ſunt.

x Si ſatisdederint. quod ſi non ſatisdederint, lege ſeq. tit. dig.7. th.2.

y Qui non ætatis ratione, ſed ob vitium aliquod a curatoribus reguntur.

z Cum perfectæ ætatis ſocius prouocat ad diuiſionem, vt lib.5. tit.71. dig.17.

a Nam diuiſionem communium rerum excepit princeps, vt perimatur communio, non vt augeatur difficultas communionis re communi obligata.

b Bona fide emptor cedere rem pupilli non poteſt, vt dig.12. & lib.4. Codicis, tit.38. Conſt. 5. Lege & lib.18. tit.1. dig.34. finem & dig.46.

c Idem dicitur in fi. 7. dig.

d Et ſi expediat, vt dig.5. th. pen.

e Quia oratio ait prædia pupillaria vendi non poſſe, niſi pater venditionem permiſerit, quæritur ſi teſtamentum patris in quo prædium vendi iuſſit irritum appareat, an iure poſſit tutor vendere ſine decreto quod pater vendi iuſſit. Et Paulus reſpondit etiam ſi irritum ſit teſtamentum, tamen tutorem nihil contra S. C. feciſſe, ſi ſecundum voluntatem patris vendiderit prædia pupillaria. Verum & ſi pater prohibuerit alienari prædium, ſi id alienari expediat, alienabitur, vt lib.26. tit.7. dig.5. in fine.

f Non tantum in hoc caſu, ſed & in alijs ſequimur voluntatem teſtatoris, licet teſtamentum irritum eſſe appareat, vt in datione tutorum didiciſti, lib.26. tit.3. dig.3. Lege & tit 2. eiuſdem libri finem 27. dig.

Lib. 5. Codicis, tit. 48.

Tutores [a] qui nondum reddiderunt rationem [b] tutelæ, neque admi- 1. 15.
niſtrationem ad curatores tranſtulerunt, adſiſtere debent pupillo litiganti [c], & litem exequi cum inſtrumenta litis habeant. Ad curato- 1. 16.
rem [d] non pertinet periculum malæ adminiſtrationis tutorum, ſed iudicem aduerſus tutores poſtulare debet, & rationem ab eis exigere.
Curator [e] aduerſus curatorem quamdiu communis adminiſtratio du- 2. 17.
rat [f] agere non poteſt. Tutor & curator ſumptus neceſſario factos [g] 3. 18.
recipiunt, etiam ſi decreto prætoris facti non ſint. Mulier [h] quædam 4. 19.
preces obtulit aduerſus tutorem filiæ ſuæ, qui erat libertus paternus, dicens eum debitam pecuniam pupillarem, neque [i] depoſuiſſe, neque ex ea prædia comparaſſe, ad quam reſcribit Conſtitutio, debere eum remitti ad præf. vrbi [k] puniendum. Tutores conuenti a curato- 5. 20.
re, vt ſoluant quod debent, & condemnati, differunt dicentes, Doce an pecuniam fœnori occupaturus, vel aliquid ex ea empturus ſis,

vel etiam

vel etiam dicunt, eum esse prodigum. Quamobrem Constitutio ait, eos soluere compelli. quia & si nihil horum faciat curator potest pe-
6. 21. cuniam deponere [l] & seruare adolescenti. Nullus tutor vel curator nomine pupillorum, vel adolescentium calumnijs grauet quemquam. nec enim debet lites suas nomine pupillorum, vel adolescentium sine periculo exercere [m], quas inferunt propter suas simultates.
7. 22. Tutor testamento prohibitus domum alienare, non debet eam [n] alie-
8. 23. nare. Curator [o] datus qui non administrat, si ceteri curatores qui administrant soluendo sint, non tenetur [p], licet sciens se datum curatorem cessauerit. quod si ignorans se curatorem datum administrationem omiserit, etiamsi ceteri curatores non soluendo sint, non tene-
9. 24. tur [q]. Si curatores [r] differant dotare puellam, coguntur a pręside mo-
10. 25. deratam [s] dotem præstare. Libertus [t] idemque curator patroni non tantum indemnitatem ei pręstat, sed & si apertæ fraudis conuincatur,
11. 26. pœna adficitur [u]. Si bonam [x] causam exequens tutor condemnatus sit, & non appellauerit, vel interpositam appellationem [y] non imple-
12. 27. uerit, tutelæ tenetur. Minor [z] decessit relicto herede fœmina minore xxv. annorum liberos habente, quæ precibus oblatis petit, vt sibi liceat agere aduersus tutores, vel curatores defunctæ [a], sine curatore, dicens se liberos habere, & sine curatore iudicio experiri posse, ad quam ita rescribit Constitutio, De ijs quæ in fraudem administrationis a tutore gesta, vel negligenter acta a curatoribus eorum quibus successisti allegas, agere debes, si modo annos legitimæ ætatis impleſti. nec enim ignoras non multum patrocinari fecunditatem liberorum fœminis ad rerum suarum administrationem [b], si intra ætatem
13. 28. legitimam sint constitutæ. Tutores [c] actionem pupillarem intenden-
14. 29. tes, non satisdant [d]. Rationes curæ [e] ante impletum xxv. annum, du-
15. 30. rante [f] officio curatoris, non petuntur. Qui [g] non vt fideiussor subscripsit, ex sola subscriptione non tenetur, licet curator fuerit debito-
16. 31. ris, & maxime [h] deposita cura. Non omni titulo res pupilli curator alienare potest, sed administrationis tantum causa distrahit, quę [i] distra-
17. 32. here potest. Si quid igitur donauerit, id pupillus vindicat. Tutor ne-
18. 33. que testamentum facere, neque donare [k] prohibetur. Tutor [l] qui egit aduersus debitores, si non satisfaciant, vendere pignora [m] ab eis
19. 34. tradita potest. Etiam [n] si absens quis tutor datus sit, administrationi
20. 35. obstringitur, nisi excusauerit se. Constitutio [o] vult vt tutorum & curatorum bona pignoris titulo pupillis obligata sint, si quid appareat tutorem aut curatorem [p] debere, siue administrauerint, siue non [q].
21. 36. Si [r] sub lege donatio in minorem collata est, & tutoris vel curatoris culpa non sit impleta conditio [s] donationis, hoc eis imputatur. Con-
22. 37. stitutio [t] iubet vt ne quid distrahat tutor, nisi ex iusta causa, ex qua & res immobiles vendi possunt. Omnia enim seruari a tutoribus debent in pupilli bonis, inprimisque serui qui notitiam rerum habent, nam si probi fuerint fraudem pupillis fieri prohibebunt, si praui, po-

tetunt in tedditione rationum tutelæ sub quæstione positi prodere veritatem. denique salua seruorum familia, nihil in inuentario conficiendo agetur astute, non subtrahentur vestes, margaritæ, & alia quę sunt in bonis. Et tolerabilius est seruos mori suis dominis quam seruire extraneis. Quod si fugerint, fuga tutoribus adscribetur [u], qui sua negligentia vel seueritate occasionem fugæ eis præbuerunt. melius enim est custodiri seruos, vt sint qui prohibeant dissipari bona. Nec vero [x] domos minorum alienari [y] Constitutio permittit. absurdum enim esse ait eam domum in qua defunctus est pater, in qua minor creuit, in qua plerumque maiorum imagines collocatę sunt, vendi. Generaliter igitur in summa & fundi & domus, & omnia immobilia minotibus conseruentur. sed neque prætextu tefectionis domus diruantur, & materiæ vendantur, nisi tantum quæ constat ruinam comminari & refectione indigere. Sed si pater pupilli, vel quicumque in eum transmisit hereditatem cœpta demolitione vel restitutione ædificij pro parte decesserit, debet tutor testatione habita prius, id absoluere. plus enim confert pupillo teditus quam pecuniarum pretium. De seruis autem hoc etiam plenius ait, vt qui inter eos sunt artifices, suis operis reditum parent, qui non sunt artifices, & qui in vsu superflui sunt, ij vel suis manibus, vel diarijs alantur. Et non solum tutores alienare prohibet, sed etiam mattes pupillorum. nam & forte aduersus eas serui torquentur. Solent enim mulieres contractis secundis nuptijs, non solum res filiorum, sed etiam vitam secundis maritis addicere. Adjicit & aliam rationem Constitutio non alienandi seruos, vel ædes. melior enim, inquit, est reditus quam pecunia, quæ non semper fœnori collocatur, vel collocata non omnino exigitur, debitote forsitan lapso facultatibus. Nullus ergo tutor, curatorve res minorum alienare potest sine decreto iudicis, excepta veste detrita, & quæ seruari non potest, & superfluis animalibus in vsum pupilli. Si tutoris [z] dolo, vel culpa solutum non sit vectigal ex emphyteusi de- 23. 38.
bitum, atque ideo dominus fundi eum sibi vindicauerit, ex tutoris vel curatoribus damnum pupillo farciri debet. Creatione tutorum & 25. 39.
curatorum cum cautione [a] facta, quicumque voluerit soluere debitum pupillo, non aliter soluat, quam si adierit iudicem & iudex permiserit solutionem fieri. nam si ex sententia iudicis soluerit, conuentionem nullam veretur in posterum, si modo solidum soluerit. Hæc vero iubet exceptis ijs quæ ex teditibus, vel pensionibus pupillo debentur [b], quę etiam sine iudiciali decreto solui permittit. Mulier quę- 26. 40
dam testamento filium maiorem xxv. annorum præteriuit [c], & alium filium impuberem, vel extraneum quendam impuberem heredem scripsit, cuius tutelam gessit filius præteritus. qua de causa non audet scripto esse auctor adeundæ hereditatis, ne videatur adsentiri voluntati [d] maternæ quam rescindere instituit, ac rursus veretur si auctor non fuerit adeundæ hereditatis, ne quando secum is quasi damno fa-

cto agar tutelæ vel negotiorum gestorum. idem etiam accidit in hoc casu. Pupilli pater rem tutoris pignori obligauit, quod is cognouit post delatam tutelam, nec tamen audet agere ne pupillum subjiciat actioni hypothecariæ quasi re aliena a patre pignori obligata. Contra si adquieuerit, videtur ratam hypothecam habere [f]. Inueniens igitur Constitutio antiquam regulam quæ dictat, omnem actionem ex necessitate officij competentem aduersus tutorem, post pubertatem in pupillum transferri, vt si forte tutor ex necessitate pecuniam mutuam sumpserit, dum sumptu aliquo opus est in res pupillares vel si promiserit ex causa damni infecti pro ædibus pupilli, laudar regulam, quæ indemnem tutorem seruar inuitat ad studiosius gerendam tutelam, & similiter constituit vt & in casu hereditatis & hypothecæ & alijs similibus summa fiducia rutelam gerat nihil præiudicij extimes-
27.41. cens ob ea quæ fecerit tempore administraiionis [g]. Constitutio iubet exemplo rediruum & pensionum vsuras solui sine decreto iudicis ni-
28.42. si biennium [b] & supra aureos centum debeantur. Omnis [i] tutor vel curaror eum qui sub tutela vel cura fuerit defendere debet, ne remoueatur quasi suspectus & fiat [k] infamis. Sed & si quis lite contestata in furorem incidat, curator ei dandus est prouisione iudicis & cognatorum & actoris, a quo defendatur. Qui autem petierunt rutorem vel curarorem siue matres sint siue cognati, eum litem defendere compellunt [l], qui si nolint defendere, repelluntur, & alij tutores vel curatores creantur cura & prouisione matrum vel actorum (nam & actores recte petunt reo curarorem [m] dari) & creari deponunt se defensionem subituros. Fit aurem horum nominatio statim [n] atque priores remoti sunt. Defendentes vero tutores & curatores non satisdant pro euentu litis vt fortuiti defensores, sed iudicio sisti tantum, licetque eis pro cautione hac & iam sine decreto obligare res pupillorum. Deinde iubet vt tutores omnes & curatores creati in cautione id adijciant se defensionem pupilli vel minoris subitutos. Habet &
23.38. aliud caput Constituiio. nam fructus ex agris pupillaribus redactos
25.39. sine decrero venundari permittit.

a THEOD. Quoad reddiderit rariones ruror debet pupillum defendere in lire conrestata anre pubertatem. Memioeris 11. & 12. Const. 34. tir. & 1. & 3. & 5. & 28. Const. 37. tit. & 1. Const. 40. tir. huius libri.

b Nota distinctionem Constitutionis, quia si rationem reddiderint, non coguntur adsistere. Idemque iuris est in curaroribus vt si post xxv. annum nondum reddiderint instrumenta defendant litem quam cœperunt. & hoc habetur in 39. dig. 7. tir. 1. de rurelis libri singularis.

c Sic habuit casus Constitutionis, Litem egit ruror & prouocauit. iubet Constitutio impleri ab eo causam appellationis.

26.40 d THEOD. Eorum nomine quæ rempore turelæ gesta sunt, curator non reoetur, sed experiri ea de re cum rurore debet, & vt ait 5. Const. huius tit. si quid consequatur, id adolescenti seruare debet.

e THEOD. Quamdiu curaror administrar, curarioois nomine noo tenetur. Idem air 14. Const. hoius tituli. Lege 2. Coost 46. tir. huius libri, quæ idem ait de tutore.

f Nam si remoueatur quasi suspectus, agi potest.

g Solent a tutoribus aditi præsides statuere quæ prorogari debeant in sumprus pupillares.

h Si libertus in gerenda tutela patroni male se gesserit, punitur, & vt subijcit 10. Const.

huius tit. præter pœnam, damnum etiam pupillo sarcire compellitur.

i De pupillari pecunia deponi quemadmodum debeat quandove reditus ex ea comparari aut fœnori occupari debeat, dicitur in 2. dig. 7. tit. 1. libri singularis de tutelis qui est digestorum 26.

k Didicisti in Instit. libertum male administrantem negotia liberorum patroni, a præf. vrbi coerceri.

l τὸ κατὰ πόδας habet, Cum exacta pecunia possit auctoritate præsidis in deposito esse. & ait Tbalelæus, Nota in hniusmodi casibus debere præsidem decernere vt pecuniæ deponantur.

m Nam vt qui agit calumniose suo nomine ita & tutor damnari debet in sumptus litis & in duplum sportularum.

n Dicitur in 1. libro singulari de tutelis tit. 7. non omnino cogi turorem sequi voluntatem defuncti. Sed hic legitimum fuit præceptum patris. nam & eo detracto, prohibentur res soli alienare sine decreto. itaque seruanda est defuncti voluntas.

o Theon. Curator datus qui administrat, non tenetur, eriam si se datum scierit, si modo concuratores soluendo sint, sed si soluendo non sint, tenetur. Lege 5. Const. 38. tit. & r. Const. 55. tit. huius libri.

p Generaliter qui non administrauit vna cum ijs qui administratunt conuenitur. quæ regula traditur multis locis libri singularis de tutelis, de honorarijs turoribus.

q Tutor ignorans, excusatione non eget & tempora excusationum ei oon cedunt.

r Theod. Curator debet dorare puellam pro modo substantiæ, necnon & honesto viro tradere videlicet consentientem, secundum 8. Const. 4. tit. huius libri. Memineris & 25. Const. eiusdem tit. & 28. Const. tit. 4. lib. 1. Etiam si maritum ei quærere non cogatur, vt didicisti in 2. tit. libri singularis de doribus dig. 20. dotare tamen cogitur.

s Qualis sit moderata dos, didicisti in 3. tit. eiusdem libri singularis, debere eam constitui pro modo substantiæ & pro dignitate personarum.

t Forte manumissus ab eo post anoum xx. in reliquum tempus ei curator datus est.

u Didicisti in libro singulari de tutelis tit. 7. puniri libertum male gerentem negotia liberorum patroni, & multo magis negotia ipsius patroni.

x Theod. Condemnato pupillo, vtique tutor ptouocare debet alioquin condemnationis periculum ad eum rednndar. Lege 23. No. quæ ait tutorem & curatorem posse prouocare intra x. dies. Memineris. 5. Const. 26. tit. 2. lib. in qua didicisti condemnatum per curatorem restitui aduersus eum.

y τὸ κατὰ πόδας habet, Prouocationis solemoia. & ait Thalelæus, cuiusmodi sunt, acta accipere & iudicium appellationis suscipere intra constitutum tempus, & cetera, de quibus in 7. lib.

z Theod. Etiam pro ijs qnæ plene administrarunt tutor & curator, tenentur. Lege 1. Const. 38. tit. & 2. Const. 43. tit. huins libri.

a Hoc est minoris defunctæ.

b Vt possint per se administrare negotia & litigare sine curatore.

c Theod. Tutor recte petit debira & deposita pnpilli non præstita satisdarione. Ait & 18. Const. huius tit. pignora debitorum pupilli tutorem iure vendere si periculum ad eum pertineat. Lege & 25. Const. huius tit.

d Hoc ita intelligitur si conditio & quantitas eorum certa sit. nam si dubitetur an tntores sint, satisdant Rem ratam. Ioannes, Sed & si cum eis agatur, non petitur satisdatio iudicatum solui, vt c. 41.

e Idem & de tutoribus dicimus, vt rationes tutelæ ab eis non exigantnr, quamdiu pupillus in ea ætate est.

f Nam si remoueatur quasi suspectus, petuntur etiam ante xxv. annum.

g τὸ κατὰ πόδας, Si non subscripsisti quasi fideiussor, frustra vereris ne ex ea intercessione in qna subscripsisti vt curator, olim liberatus, vt adfirmas sententia præsidis, ex officio curatoris conueniri possis.

h Theod. Sententia præsidis liberatus curatione, non tenetur, etiam si postea subscripserit pro pupillo vt curator. Et nota præsidem liberare curatione.

h Hoc accipitur pro omnino. nam & idem est si curator fuerit. nam curator qui subscribit & consentit, minorem obligat non etiam ipse obligatut.

i Theod. Turor vendere potest res pupilli quateous negoriorum eins exigit administratio. Lege 4. & 6. Const. 71. tit. huius libri, & 22. Const. huius tit. Non tamen donat tutor res pnpilli. Lege seq. Const.

i Hoc dicit propter Marci Orationem quæ vetat immobilia alienari.

k Theod. Res suas tutor donat recte, scilicet cum suo ouere vt didicisti lib. 4. tit. 53. nam quilibet sua alienare & donare potest, vt dicto lib. 4. tit. 52. Const. 3. & lib. 8. tit. 53. Const. 12, necnon & in dotem dare, vt in hoc lib. tit. 12. Const. 16. & de eis testari, vt lib. 6. tit. 22. Const. 1.

k Donatio quidem valet, ſed alia ratione ſi quid debeatur, pupillus poteſt res quaſi iam ante ſibi pignori obligatas vindicare. Hoc eſt, ſola ratio rutelæ non eſt idonea ad inbibendam donarionem.

l Theon. Poſt denunciationem tutor vendir recte pignora debirorum pupilli, ſi rerum eius periculum ad eum pertineat. nam didiciſti ex 13. Conſt. buius tit. tutorem iure petere id quod debetur pupillo, ex ſententia modo iudicis, ſecundum 25. Conſt. huius rit. Lege & 27. Conſt. eioſdem rit. Er ſciendum quod cauetur No. 72. non cogi tutotem fœnetare pecuniam pupilli, niſi bona eius in nummis conſiſtant.

m Additur εἰς τὸ κῦ παῖδας, iure communi. & ait Thalelæus. quomodo creditor cui ſatis non fit, pignora vendit.

n Theod. Etiam abſens tutot datut & renetnr, niſi excuſauerit ſe poſteaquam ſciuit ſe tutorem eſſe. nam vt ait 5. Conſt. 38. tit. huius libri, ignoraos ſe tutorem datum non tenetnr ob ceſſationem. Memineris 8. Conſt. hnius 37. rit.

o Theod. Taciram hypothecam, & vindicarionem pupilli habent in rebus tutoris & curatoris. Simile lib. 4. tit. 53. Cooſt. 1. necnon & No. 4. Idem ait de curatote furioſi 7. Conſtit. 70. tit. huius libri, & 27. Conſt. 4. tit. 1. lib. Nec obſtat 10. Conſt. 51. tit. huius libri, quæ dicit non vindicare pupillum res tutoris, cum habeat in eum tutelæ actionem. Ibi enim tutor habuit tes ſuas, quas ab eo non vindicari ait, cum actione competenri pupillo ſatisfieri poſſit. Hic tes tutoris apud alium erant, quas Conſtitutio ait pnpillnm viodicare poſſe. Nota igitnr differentiam, & dicas, non id hac Conſtitutione caueri tes vindicari contra dominom, ſed quaſi pignora vindicari actione byporhecaria, quæ eſt in tem, vt lib. 8. tit. 13. Conſt. 18. Nota etiam ſoli pupillo, & non alij res tutoris obligaras eſſe. nam didiciſti lib. 4. tir. 15. Conſt 1. eorum nomine quæ alij pupillis debent, non teneri res tntoris.

p Indiſtincte air Conſtitutio, curatorem. ſed quod ſequitur demonſtrat Conſtitutionem loqui, tam de pupilli quam de adoleſcentis curatote.

p Sola enim ratio tutelę geſtæ non obligat bona pupillis. quamobrem & alienare ea poſſunt & donare, vt didiciſti in 17. Conſt. huius rit. & in 53. lib. 4. Sed ſi quid debeant, tunc bona vindicanrur iure hypothecæ.

q Igitur ſecundum hanc Conſtitutionem non poteſt tutot manumittere ſeruos quaſi iam ante pignori obligatos. Sed facta diſtinctione reſpondeo, inuecta etiam & illata tacite obligari pignoris iure, & tamen ioquilinum ſeruos ſuos manumittere poſſe, vt didicimus in libro ſiogulari hypothecariæ 2. rit. niſi ædium dominus in poſſeſſione retum ſit.

r Theon. Si quid tutoris culpa non lucretut pupillus, id ab eo exigitnr, ſicut & ſi damnum pariatur, vt ait 23. Conſt. huius tit. quæ de emphyteuſi loquitur. Idem ait 7. Conſt. buius tit. Lege lib. 11. rit. 62. Conſt. 2. idem vero porrigas etiam ad curatorem.

ſ Vt ſi donatum ei ſit hac lege, ſi is daret Titio x. aureos, & culpa tutoris non ſit impleta eondirio. Nota igitur non rantum in quibus læduntut minores, ſed & in ijs quæ non luctantnr, rutotes teneti.

t Theod. Rem pupilli non iure vendit tutor aut cutator, ſine decreto & iuſta cauſa, niſi detrita veſtimenta, & corruptas res, & ſuperflua animalia. Idem ait 7. Conſt. 77. rit. huius libri. Ait & 28. Conſt. huius tituli, tutorem iure vendere fructus redituum. At generaliter ait 24. Conſt. buius tit. debere turores pupilli ſeruare ea quæ tempore non pereunt. Memineris 16. Conſt. huius tit. & lege poſitas Conſtiturioues ſub tit. 71. & 74. huius libri. Sciendum etiam eſt quod No. 72. cauetur, poſſe tutorem impendere reditum pupilli in rem eius. Si tutoris culpa fugerit pupilli ſeruus, periculum ad tutorem ſpectat. Memineris 23. Conſt. huius tit. Reſtituere debent tutores derelictam pupillis domum, legitime habita teſtatione.

u Nota fugam ſeruorum tutoti imputari. Atquin in rit. Commodati librorum De rebus, didicimos fortuitis adnumerari fugam ſeruotum. quamobrem hic etiam id oon dicitur ſimpliciter, ſed ita ſi negligentia ſua eum inſolentiorem fecerit, vel inhumane eum tractauerit.

x Iam igitut ei non imputabitut, cur non vendiderit ruinoſam domum, quia nec poteſt vendere. Melius tamen eſt dicere imputari, propterea quod potuit cum decreto vendere.

y Idem dicendum de petmutatione, & quacumque alia alienatione. ſecundum vlt. Conſt. 51. rit. 4. lib.

z In culpa eſt turor, niſi eaodem diligentiam exhibeat in rebus pupilli quam exhibet in ſuis.

a Præſtira ſolita caurione.

b Tunc opus eſt decreto cum quis tutori vult ſolnere. nam ſi adoleſcenti, vel pnpillo ſolnat, poteſt eriam ſine tutoris auctoritare ſolnere, nec vereri deber reſtiturionem in integrum. quod didicimus in reſtitutionibus minorum, & hoc Conſtitutio innuens ſubjicit, Conuentionem nullam veretur.

b Igitur debitor reditus ſi debitum in crediti cauſam ttansferat, licet ex reditu debuerit, quia tameu nunc ex crediti cauſa debet, ſecundum Conſtiturionem ſoluere compellitur.

c Quia mater erat, ob præteritionem filij irritum teſtamentnm non eſt. Si pater fuiſ-

ſet, proculdubio nullum teſtamentum foret.

d Nam dum pupillo conſentit hereditatem adeunti, videtur quaſi bonum factum probare.

e Obſerua Conſtitutionis verba, quæ ponit tutorem poſt creationem cognouiſſe patrem pupilli rem alienam, vel rem ipſius tutoris pignori obligaſſe. nam ſi id iam ante ſciebat, non poterat ad tutelam accedere.

f Additur εἰς τὸ κζ´ πόδας, Et multæ aliæ inſuper ſpecies, ex quibus verendum eſt tutori vel curatori circa ſuas res præiudicari, puta in hypothecis & alijs varijs cauſis. & ait Thalelæus, vt in hypotheca, vt in venditione, iuxta 2. Conſt. 44. tit. cum pater pupilli rem tutoris vendidit & promiſit duplam, & ſi agat tutor aduerſus emptorem, veretur ne pupillus committat duplam, & rurſus ſi non agat, ne res vſucapiatur. Vide autem vt Conſtitutio tutorem ſilere compellat in fraudem iuris ſui, fiducia actionis tutelæ. nam ſupradicta 2. Conſt. 44. tit. tutorem ſilere non compellebat. Fingendum autem hic eſt ex inquiſitione tutorem confirmatum. alioquin mater liberis iure tutorem non dat, niſi eos heredes inſtituerit: atque ideo etiam Conſtitutio ponit pupillum heredem inſtitutum. Exigimus autem confirmationem ex inquiſitione in extranei perſona. nam etiam ſi hic heres inſtitutus ſit, opus eſt confirmatione.

g Nam contrariam tutelæ habet, vel compenſationem, ſi cum eo agatur tutelæ directa.

h Vtrumque debet concurrere, tempus & quantitas, vt neque biennium excedant, neque ſummam centum ſolidorum, quo poſſint ſine decreto ſolui.

i Theon. Tutor pupilli defenſionem in lite non ſuſcipiens, infamia notatur quaſi ſuſpectus, & alius defenſor in locum eius datur. Ait vero 1. Conſt. 40. tit. huius libri, ſi plures ſint tutores, vnum ex eis pupillum defendere poſſe, alijs nolentibus. Memineris 12. Conſt. 34. tit. huius libri. Qui litem conteſtatus eſt, ſi furore corripiatur, dari ei curator debet vſque ad finem litis.

k Igitur non defendere, dolo deputat Conſtitutio potius quam culpæ, cum remotus ob eam cauſam infamis fiat.

l Additur εἰς τὸ κζ´ πόδας, Ex ſua ſubſtantia omne damnum quod memoratæ perſonæ ex recuſatione defenſionis ſuſtinuerint, ſarcire cogantur.

m Quod in minore, idem in furioſo & demente locum habet.

n Additur εἰς τὸ κζ´ πόδας, Ne lis conteſtata diutius proteletur.

o De ſatisdatione iudicatum ſolui dicit, non præſtari eam a tutoribus. Ioannes. Neque rem ratam, vt lib. 28.

Lib. 5. Codicis, tit. 71.

S. C. [a] quo res ſoli minorum vendi prohibentur ſine decreto, in duobus generibus venditionum locum non habet. nam ſi condemnatis eis pignora capiantur & diſtrahantur iudicati faciendi cauſa, ceſſat S. C. itemque ſi creditor hypothecarius, id eſt qui a patre pupillorum, vel ab eis cum decreto pignus accepit vtiliter, id diſtrahat, ceſſat S. C. Ceterum vt minores reſtitui in integrum [b] poſſunt. Si a tutoribus vel curatoribus venditio fiat [c] ſine decreto, non eſt opus reſtitutione, quia ipſo iure nulla venditio eſt. Sed ſi creditores [d] vendiderint, cum iure facta ſit venditio, in integrum reſtitutione opus eſt, ſi emptor [e] fraudis particeps fuerit, puta re vilioris comparata. Si [f] pater curator filiorum emancipatorum rem eorum vendiderit ſine decreto, venditio non valet [g]. quia dominium pertinebat ad filios. Non tantum [h] vendere tutores & curatores prohibentur, ſed & quocumque alio modo alienare adeo, vt nec tranſactionis nomine præſtare quidquam poſſint. & multo magis [i] donare, vel quo alio modo alienare non poſſunt. Si igitur ex tranſactionis cauſa fundum fratribus dediſti, eum repetes, eo viciſſim reddito [k] quod pro fundo ab eis accepiſti. Etiamſi præſes decreuerit vendendam rem pupilli, tamen ſi ex falſis allegationibus ita decreuerit, res [l] minori ſeruatur. Si per procuratorem [m] offeratur libellus de alienatione rerum, quæ ſine decreto vendi non

(Right margin, beside the lines: 1. 42. — 2. 43. — 3. 44. — 4. 45. — 5. 46. — 6. 47.)

vendi non possunt, & præses venditionem fieri permittat, inutilis
sententia est. nec enim de plano fieri possunt quæ decreto indigent.
7. 48. Quod donauerat pater filio emancipato, id postea filius sine decreto
cautione habita remisit patri. Constitutio ait inutilem esse remissio-
8. 49. nem sine decreto, quia alienatio est. Si ⁿ sponsus sine decreto donaue-
rit fundum sponsæ, dominus esse non desinit & vindicare eum potest.
9. 50. Si curator rem minoris sine decreto vendiderit, re vindicata, pigno-
10. 51. ra tenentur. Certum est venditionem factam sine decreto nullam es-
se. At si pretium in rem minoris insumptum sit, conuenitur ° in hoc
vt reddat pretium totum vel pro parte prout versum est in rem eius.
11. 52. Libertus pro suo patrono principem adijt dicens minorem eum sine
decreto rem vendidisse & in pretio circumscriptum fuisse & petijt re-
stitutionem in integrum, ad quem ita rescribit Constitutio, Si qui-
dem sine decreto minor xxv. annis patronus tuus fundum venum-
dedit ᵖ, superuacuum † est de vili pretio tractare, cum S. C. auctori- † ἰλάχισον.
tas retento dominio alienandi viam obstruxerit ᑫ, Si vero iure inter-
posito decreto venditionem vili pretio eius possessionis cuius vires
ignorabat fecit, iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrum resti-
12. 53. tutio causa cognita præbetur. Ob imminens ʳ æs alienum vendi res
13. 54. pupillaris potest cum decreto. Etiam emphyteuticum fundum sine
14. 55. decreto præsidis alienare non licet. Si sine decreto venditio fiat &
pretium in debita pupilli cedat, emptor rei nomine conuentus, recte
opponit compensationem, postulans sibi reddi pretium quod ob
15. 56. pupilli debita solutum est. Si minor xxv. annis debitor, pro solu-
to ˢ fundum dederit sine decreto, dominium non amisit. Si pupil-
16. 57. li ᵗ adhuc existentes auctore tutore vel adulti sine decreto præsidis
prouinciæ in qua res sita est ᵘ vendidistis prædium rusticum vel sub-
urbanum, quod ab vrbano ˣ non loco sed qualitate secernitur, cum
nulla sit venditio, dominium siue ius nondum a vobis discessit, ideo-
que vindicationem habetis prædij & fructuum extantium. Sed si pos-
sessor probare potuerit, debitos ciuitati honores siue munera ʸ cum
non possent ex alijs facultatibus impleri, ex venditione vos impleuis-
se vel in rem vestram pecuniam pretij versam fuisse, opposita exce-
17. 58. ptione doli, recipiet pretium & vsuras ᶻ quas præstituri esseris. Duo
minores communem fundum habentes non possunt inuicem agere
communi diuidundo. Sed si vnus sociorum maior est potest alte-
18. 59. rum minorem prouocare iudicio communi diuidundo. Siue patris
siue suo nomine quid pupilli debeant fisco vel priuato, recte fit ven-
1. 60. ditio decreto iudicis. Quidam ᵃ rem suam vendidit alteri & pactus Lib. Codici tit. 72.
est cum eo vt reddito pretio fundum venditum ab eo reciperet. De-
cessit emptor impubere herede relicto. Conuenit ᵇ venditor tuto-
rem pupilli vt is pretio accepto fundum restituat, quod & tutor fe-
cit sine decreto. Constitutio ait si probetur patrem pupilli de eo con-
uenisse vt reddito pretio fundum redderet etiam sine decreto factam

restitutionem fundi valere propter voluntatem testatoris. Si tutor
precibus oblatis principi[g] iussus sit rem vendere, iam non eget decre- 2. 61.
to. quia iussio principis pro decreto præsidis sufficit. Si pater[d] insti- 3. 62.
tuto herede filio vel testator alius instituto impubere iusserit rem
vendi, nihil opus est decreto in alienatione quæ fit ex voluntate de-
functi. Etiam sine decreto tutores vel curatores quarumcumque per- 4. 63.
sonarum omnes vestes[e] detritas & superflua animalia[f] vendere pos-
sunt.

a Si alienetur vel obligetur res minoris xxv. annorum oon est spectandum an decretum interuenite sed an peri restitutio in inregrum debeat. Memineris 22. Const. 37. rir. huius libri & lege 2. & 9. Const. buius tit. Sciendum etiam id est quod habetur lib. 8. tit. 15. Const. 3. neque turorem neque curatorem obligare res pupilli nisi mutuam peconiam in rem eius conuertar.

b Additur εἰς τὸ κζ' πόδας, Præsente diuersa parte. & ait Thalelæus; Sic & io restitutionibus τῶν πρώτων didicimos præsente aduersa parte restitutionem dari.

c Additur εἰς τὸ κζ' πόδας, Possessionis licet pignori oexæ. & ait Thalelæus; nam & rem obligatas oon potuit alienare sine decreto, etiam si conseotientibus creditoribus vel cum sua causa dixeris vendi.

d Nec mirum si vendente tutore non valeat vendirio, vendentibus crediroribus valeat. nam & alia in re minus baber debitor vendens pigous quam si id a creditore distrahatur, vt est in 3. dig. 5. tit. 20. lib. oam si ipse creditor pignus vendiderit, posterior creditor non habet ius offerendi emprori, vt re cedat.

e Hæc Constitutio priorem ioterpretarur, vt & ibi dicamus ita demum in integrum restitutionem dari si emptor fraudis patticeps fuerit.

f Theon. Pater non recte alienat res filij emancipati licet eius sit. Lege lib. 6. tit. 61. Coost. 1. & 2. quæ ait etiam patrem bona filijf. vendere vel obligare non posse.

g Additur εἰς τὸ κζ' πόδας Maxime si tanquam suam non tanquam pupillarem vendiderit non valet venditio. multo vero magis si tanquam suam vendiderit.

h Res pupillares neque veodnotur neque transactionis causa dantur neque permotantur neque donantur sine decreto. nam & 6. Const. huius tituli ait oe dato quidem libello a procuratore recte venditionem fieri. deniqoe oon valet alienatio sine decteto & nisi alienationis causa poblicis actis inseratur. Plus ait 5. Const. huius tit. etiam interposito decreto factam alienatiooem rescindi si fraus interueoerit. simile lib. 2. tit. 27. Const. 2. Memineris 2. Const. 23. tit. eiusdem libri, quæ ait ex decreto factam a minore alienationem rescindi per restitutionem in integrum. neque obstat 22. Const. 37. tit. huius libri.

i Recte multo magis. multi enim vendere possunt qui dooare non possunt, vt qui habent liberam peculij administrationem.

k Videlicet si extat vel si ex eo locupletior factus es. alioquin reddere id oon compelleris.

l Nihil nouum. oam & excusatio ex falsis allegationibus data, non valet.

m Idem foret si ruror de plano præsidem adjisset. nam vt didicimos 4. lib. τῶν πρώτων, nibil eorum quæ ex decrero fiuor per libellum expediri potest.

n Theon. Minor non recte donat sponsæ suæ. Neque obstat 3. Const. 74. tit. huius libri, quæ ait minorem recte donare propter nuptias. nam didicisti lib. 2. tit. 29. Const. 1. præsente curatore eum donare sponsæ suæ. Memineris 8. & 10. & 11. Const. 3. tit. buius libri de donationibus collatis in sponsas, necnon & 28. Const. 12. tit. huios libri, quæ geoeraliter ait minores xxv. annis dotis & dooationis propter nuptias causa præsentibus curatoribus alienare posse.

o Conoenitur ex empto actione vt vel ratam venditionem faciat vel reddat pretium quod in rem eius versum est.

p Nam etiam si iusto pretio facta sit venditio sine decreto, nulla est.

q Nam retentione domioij præcluditur via alienationis.

r Ne dixeris, Ob æs alienum tantum. nam & si ooo ob æs alienum sed forte ob victus rationem qui aliunde parari non possit, recte fit veoditio. Theoo. Minoris prædium venditur recte ob æs alienum eius vel patris fiscale, videlicet cum decreto secuodum 17. Coost. huius tit. Sciendum tamen est quod habetur in 14. Const. eiusdem tit. quod si eandem rem dederit minor pro debito in solutum non transfertur dominium in accipientem? Lege sequentia, & memineris 2. Const. 50. tit. 1. lib.

s Nam si eundem agrum quem debuit conuentus soluit, solutio valet.

t Theoo. Ex decreto non venditur fundus miootis etiam si communem eum habeat

cum alio

cum alio minore. didicisti enim ex 2. Const. 70. tit. huius libri, curatorem minoris neque
61. vendere neque obligare sine decreto. Certe 10. Const. huius tit. ait minorem vindicare rem alienatam sine decreto, & 14. eiusdem tit. per exceptionem doli solutum prerium reperi.
62. Hoc autem ita procedit nisi bona fide empta sit, quo casu non vindicatur etiam si sine decreto venierit, iuxta 2. Const. 73. rir. huius libri, sed datur restiturio aduersus venditorem, vt ait 11. Const. 71. tit eiusdem libri. Lege & seq. 72. tit. & excipe quæ dicunrur ibi, nec te lateat 72. No.

63. u Nota eo loco in quo res sita est decretum interponi debere.

x Suburbanum, inquit, ab ædibus secernitur non positione loci quod sit extra vrbem, sed ratione reditus, vt etiam si sit in vrbe, modo reditum præbeat, suburbanum dicatur, & extra vrbem si sit sine reditu, ædificium voluptati deseruiens tantum dicatur.

y Probandum igitur est quod cum non esset aliunde idoneus ad munera, ex pretio munus subijt pretium in id impendit.

z Vsuras præstabunt quas præstituri erant si res vendita non fuisset.

z Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Et sumptus meliorati prædij, & ait Thalelæus: igitur eos sumptus recipiet quibus fundus factus est melior.

a Etiam sine decreto venditur pupilli fundus ita vt reddatur pretium restituenri: Memineris 4. & 10. & 15. Const. præcedentis tit. quæ dicunr minorem vindicantem rem alienatam reddere quæ vicissim accepit & si ea vtiliter consumpserit. Nec obstat 16. Const. eiusdem tit. Sed intelligatur secundum distinctionem hoc loco traditam.

b *Conuenisti.* Hic ne accipias Conuenire, iudicio, sed nuda interpellatione. agere enim non potuit. quoniam vt didicisti in tit. de pactis τῶν πρώτων, quoties quid sequutum est etiam si conuenerit contractum rescindi, non agi ad rescisionem. sed si sponte resoluatur contractus, reddito pretio vel seruo qui traditus est, contractus extinguitur.

c Nota licere adire principem vt rem vendi permittat, & opus non esse decreto.

d THEOD. Qui iussus est a testatore rem pupilli vendere, eam iure vendit sine decreto. Lege lib. 7. tit. 26. Const. 2. Consequens hoc est 1. Constitutioni. nam & ea propter voluntatem patris decretum remittit. Hoc vero ita procedit si pupillo venditio expediat. nam si non expediat libro sing. de tutelis tit. 7. non cogi tutores obsequi voluntati patris si quid in fraudem pupilli fieri iusserit.

e THEOD. Et tutor & curator vendere potest vsu detrita vestimenta pupilli & superflua animalia sine decreto. Non valet alienatio nisi muniatur longi temporis præscriptione iuxta 2. Const. 74. tit. huius libri.

f Animalium appellatione serui non continentur. nam supra aperte vetuit seruos alienari. Hic vero dicit bruta alienari.

TITVLVS X.

Lib. 27. dig. tit. 10.

De curatoribus furiosis & prodigis & alijs extra minores dandis.

1. PRODIGO qui neque modum neque tempus expensarum nouit ad exemplum furiosi curator datur[a]: qui ipso iure desinunt esse in curatione, si hic sanitatem, ille sanos mores receperit. Filij autem eorum si idonei sint curationem eorum suscipere debent.

2. PAVLI. Sed & alijs qui rebus suis superesse non possunt curator etiam proprius[b] filius datur.

3. VLP. Deliberantibus scriptis heredibus curator bonis[c] datur. Fu-
4. riosæ matris curam filius[d] gerit.

5. GAI. Distrahendis[e] bonis Senatoris vel vxoris eius curator datur.

6. VLP. Causa cognita curator datur. Quidam enim furorem vel dementiam simulant vt curatore accepto effugiant ciuilia munera.

7. IVL. Non tantum[f] bonis sed & saluti corporis curator furiosi prof-

picere debet. Si decreuerit [g] prætor a cutatore cautionem præſtari &
non præſtiterit poteſt legitime [h] ab eo alienata vindicare is [i] cuius
curatio geſta eſt, niſi. [*]. niſi præſens alter prohibeat. tunc enim ni-
hil horum valet [r].

VLP. Etiam curator ventris [ſ] ſatisdate debet niſi [t] ex inquiſitione 8.
datus ſit.

HERMOGENIANVS. In arbitrio [u] eſt creditorum vt vel bona 9.
debitoris diſtrahant vel bonis diſtrahendis curatorem petant, Sed
vno electo, altero abſtinere debent. Sed ſi factus curator bonis di-
ſtrahendis interim deceſſetit, alius in locum eius faciendus eſt. neque
enim prioris heredes onerantur. Prodigus nihil alienare poteſt, cui 10.
decreto [x] ſuorum bonorum adminiſtratio interdicta. Curator furio-
ſi rem ſuam quaſi furioſi alienat [y] recte, non etiam rem furioſi quaſi
ſuam [z].

PAVLI. In vtilitatem tamen furioſi pignus conſtituere poteſt. 11.

MARC. Dedicare autem rem eius non poteſt. 12.

GAI. Si furioſi vel prodigi cutator legitimus [a] idoneus non ſit, 13.
alius datur [b].

PAPIN. Vir vxoris mente captę curationem non gerit [c]. 14.

PAVLI. Et mulieri prodigæ interdicitur bonorum ſuorum admini- 15.
ſtratio. Omnes qui a curatoribus reguntur priuilegium habent in bo-
nis curatorum. Si pater [d] furioſi vel prodigi curatorem ei reliquerit, 16.
prætor ſequitur voluntatem patris. Poteſt & alias prouidere nepotibus
ſuis, & ſcribere quidem eos heredes, filium autem exheredare [e] adiecta
cauſa [f] & legare ei quantum ſatis eſt alimentorum nomine quod ſi
non ſint in poteſtate aui, poteſt ſcribere eos heredes ſub conditione
emancipationis. Non poteſt autem idoneum iudicare prætor quem
prodigum dixit pater.

GAI. Curator [g] furioſi neque manumittere neque donare poteſt, ni- 17.
ſi ex magna vtilitate cognitione iudicis. nam ea tantum alienat quæ ad
adminiſtrationem negotiorum pertinent. Furioſis [h] & prodigis etiam 1. 18.
ſi exceſſerint xxv. annum curatores dantur [i]. Conſtitutio quæ di- 2. 19
cit prædia minorum ſine decreto præſidis non alienari, locum ha-
bet non tantum ſi a præſide curator vel tutor detur ſed & ſi proxi-
mus agnatus curam furioſi gerat. Vnde ſi agnatus fundum pignori
obligauerit, hypotheca quidem omnibus modis extinguitur, ſed
creditor vtilem [k] perſonalem actionem intendere poteſt ſi in vtilita-
tem furioſi contractus habitus ſit. Filius furioſi petere ei curatores 3. 20.
debet, qui ſi quid fecerint quod reſcindi debeat [l], reſcindetur. Ma- 4. 21.
ritus [m] furioſam habens vxorem eam repudiauit [n]. puellæ autem ma-
ter quædam inſtrumenta marito confecit in fraudem furioſæ, puta
Præter- tranſegit cum eo & remiſit ei partem dotis. Conſtitutio ait ni-
miſſa hil ex eo filiæ præiudicari quod geſſit mater, & matrem bono-
eſt 5. Conſt. rum filiæ adminiſtrationem non habuiſſe [o]. Furioſus per interualla, 6. 22.

perpetuo quidem curatorem habet p, interuallorum tamen tempore nihil curator gerit, sed furiosus ipse quasi sanus administrat
7. 23. omnia. absurdum enim est dicere, in interuallis curatorem esse desinere, & rursus furore redeunte q curatorem esse incipere. Si furiosus
8. sit in potestate patris, eorum patri quæ non adquiruntur r curator est pater: qui si decesserit, dispositio eius erit rata, vt si fortem substituerit
9. liberis, sed furiosus patri heres existet s & transmittet hereditatem ad liberos suos. Quod si aliunde obueniat hereditas furioso, t sancimus furiosum quidem neque hereditatem adire neque bonorum possessionem petere posse, curatorem autem cogi, si locupletem esse
10. hereditatem existimauerit, eam agnoscere, quia scilicet prętorem adire aut bo. possessionem petere necesse non habet, cum sublata sit petitio bon. possessionis, & sola agnitio sufficiat ex constitutione Constantini: " Et si quidem a patre datus sit curator, ab eo satisdatio
11. non exigitur, sed suscipit curationem apud præf. vrbi pręsente epis-
12. copo, ita vt propositis sacris scripturis edicat se omnia gesturum recte
13. & neque facturum damnosa furioso neque prætermissurum vtilia, & facto inuentario res suscipiat & defendat sub hypotheca bonorum
14. suorum. Sed si non sit ex testamento curator, vel si sit non idoneus,
15. rursus apud præf. vrbi creatur, & si sit clarissima persona, etiam senatus conuocatur, & ex inquisitione curator datur. Quod si non sit se-
16. natoris filius, solus præfectus curatorem dat, si immobilem habeat substantiam, sine satisdatione, sin minus, exacta satisdatione, quantum potest, creatione facta propositis sacris scripturis & ipso curatore qualiscumque sit iurante & inuentarium faciente. in prouinciis autem præses & locorum episcopus & tres primi curatorem creant, obseruato iureiurando & inuentario & satisdatione & hypotheca. Sic igitur curatore constituto, omne lucrum ex hereditate vel legato fu-
17. rioso accedat & detur in manum curatoris, inuentario etiam de ijs facto, & si quidem sanitate recepta furiosus admittat hereditatem,
1. 18. hæc ei lucra restituantur. Sin autem ea repudiet, si quidem sint suc-
2. 19 cessores quidam qui ea amplecti velint, veluti substituti vel ab intestato, vel fiscus, admittuntur, illis ab intestato vocandis qui tempore mortis furiosi proximiores forent, si non in medio esset furiosus, veteri satisdatione sublata. Legata autem & fideicommissa pertinent ad furiosum & in eius bonis connumerantur, nisi is sanitate recepta repudiauerit vel heres eius. quo casu separantur a substantia eius & via legitima procedunt, hoc est habentur pro non scriptis, & remanent
3. 20. apud heredem a quo relicta sunt. Quod si curator decesserit, eodem
4. 21. ordine alius creatur, sicut & cum quasi suspectus remouetur, alium creari oportet. Qui autem iam creati sunt curatores, permanent, nihil noui perpetientes, antiquo ordine, quantum attinet ad creationem, retento, satisdatione veteri in accidentibus postea causis nullo
6. 22. modo præstanda.

a De varijs curatoribus lege lib. 42. tit. 7. & lib 50. tit. 4. & lib. 26. tit. 5. dig. 12.

b Cyrilli. Filius curam gerit furiosi & eius qui rebus suis superesse non potest.

c Simile lib. 42. tit. 4. dig. 8. 9. & tit. 5. dig. 22. In secundo autem dig. 7. tit. eiusdem lib. ait citra iussum principis, inuitum curatorem bonis non dari.

d Eandem enim pietatem parentibus vtrisque liberi debent, & si inæqualis sit parentum potestas. nam pater habet filium in potestate, mater non habet.

e Si Senator vel Senatoria mulier debitores sint, bona eorum per curatores venduntur.

f Nota non solum rebus, vt quidam existimant, sed vt personis curatorem dari. Didicisti etiam lib. 26. tit. 7. dig. 12. tutorem non tantum rebus sed & moribus pupilli dari.

g Curator dementi datus, cum decreto iussus esset satisdare, satis non dedit, & tamen quasdam res de bonis eius vendidit cum decreto, mortuo demente, heres eius vindicat res quas curator vendidit, & si opponatur exceptio, Si non curator erat qui vendidit, repelletur replicatione, At si non satisdedit secundum decretum is qui vendidit tibi rem. Quod si pretio accepto curator creditores furiosi dimisit, triplicatio doli dabitur emptori quæ possessorem tuebitur.

h Et in hoc & in seq. th. triplicationis fit mentio in contextu. nam hoc ponitur curatorem furiosi qui satis non dederat res minoris legitime alienasse, vel ex sententia accepisse à priore curatore remoto, vel exactum debitum consumpsisse in debitum furiosi ac deinde mortuo furioso heredes experiri aduersus emptorem vel priorem curatorem, & obijci eis exceptionem, ab emptore quidem hanc, At si non legitime vendidit, puta ex decreto, ea quæ egent decreto vel sine decreto quæ non exigunt decretum, de quibus didicisti lib. 5. Codicis tit. 37. Const. 22. & tit. 7. eiusdem libri & tit. 9. 27. lib. Ab priori curatore qui ex curationis causa soluit, hanc, At si non ex sententia solutum sit, Heredem autem replicare hoc modo, At si non male dedit ei qui non satisdederat, ac porro tertio loco opponi exceptionem doli, At si non dolo facis petens ea quæ in rem furiosi conuersa sunt. Quod vero sæpius liceat replicare dicitur lib. 44. tit. 1. dig. 2.

i Qui adhuc minor est vt lib. 5. Codicis tit. 42. Const. 1. Hic autem de furioso tractatur.

k Dementis curatorem qui satis non dederat & male administrarat proconsul remouit & alium loco eius curatorem constituit: & hic secundus curator cum nec ipse satisdedisset, egit cum remoto negotiorum gestorum, posteaque mortuo demente heredes eius egerunt aduersus priorem curatorem & is vtitur rei iudicatæ exceptione, dicens rem iudicatam fuisse inter se & posteriorem curatorem. Iulianus ait aduersus rei iudicatæ exceptionem replicationem dari, At si curator is qui tecum egit non satisdedit, Iudex autem æstimabit an indemnem seruare debeat curatorem vnde petitur. nam si posterior curator pecuniam exactam a priore in rem furiosi verterit, exceptione se tueri potest is vnde petitur ab heredibus furiosi.

l Si curator dementis non satisdederit secundum decretum prætoris & vendiderit rem ex hereditate dementis, vindicatur, & si excipiatur, At si curator vendidit, vtetur actor replicatione, At si non satisdedit. Sed si pretium creditoris dementis solutum sit, emptor habet replicationem. Idem est & si cum talis curator actionem intendisset dementi imputentur quæ ex lite prouenerunt.

m Nota hic exceptionem rei Iudicatæ dari aduersus eam partem quæ vicit. Atqui lib. 44. tit. 2. dig. 16. ait iniquum esse victo proficere exceptionem rei iudicatæ.

n Si vna erat omnium administratio. nam si diuisa fuit, non potuit qui erat ex hac prouincia, in altera administranti soluere, vt lib. 26. tit. 7. dig. 38. & 46.

o Eadem & in lite didicimus lib. 5. Codicis tit. 39. Const. 2. & lib. 42. tit. 7. dig. 2.

p Quia solutio, venditio, traditio facti magis quam iuris sunt.

q Nam & alius ei consentire creditor.

r Nam neque debitor qui soluit liberatur, neque emptor vsucapit.

s Prægnante enim muliere, post mortem viri, curator ventri dandus est.

t Nam pro satisdatione Inquisitio sufficit, vt lib. 26. tit. 5. in fine 13. dig.

u Cum Senator debitor est, Senatus iubet, & paulo ante dictum est, distrahendis bonis eius curatorem dari ex postulatione creditorum eius. Quod si semel constitutus sit curator, iam non licet creditoribus senatoris bona per se vendere: nam sicut rei initio in eorum arbitrio est vtrum velint curatorem dari, an se in possessionem mitti & per se distrahi vel quouis alio modo administrari bona, ita cum alterum elegerint, altero abstinere debent. & multo magis, si iam factus curator cœpit vendere senatoris bona. Sed si decesserit non perfecta venditione omnium bonorum Senatoris, rursus alius curator petendus est. nec enim curatione onerari oportet heredem prioris curatoris, qui non est idoneus ad curationem propter sexus vel ætatis infirmitatem, vel propter dignitatem maiorem minoremve quam fuerit in priori curatore. forte & plures ei heredes existunt, & per omnes vendi bona senatoris non expedit, nec potest dici vnum eorum tantum potius onerandum esse quam ceteros. Itaque rectius est alium curatorem peti. Lege lib. 42. tit. 1. dig. 15. in quo

ait, accipientes poſſeſſionem de credito tranſigete videri.

x Nihil enim propemodum videtur habere in bonis cui adminiſtratio ioterdicta eſt.

y Similiter tit. 9. dig. 5. Et emptor dominus fit. nam veritas eſt opinione potior vt lib. 22. tit. 6 dig. 9.

z Similiter lib. 5. Codicis tit. 73. Cooſt. 1. Sed & procurator Cæſaris non recte alienat quaſi ſuam vt lib. 1. tit. 19. dig. 1.

z Quia oon quaſi negotium furioſi gerens tradiderit.

a Lex xij. tab. furioſi & prodigi curatiooem defert agoato.

b Dicitur enim Inſt. 1. tit. 23. furioſum & prodigum etiam ſi perfectæ ætatis ſint io corationeagnatorum eſſe, ſolere tameo Byzantij dari a præf. vrbi & prætore, & io prouincijs a præſidibus, ex inquiſitione.

c Neque ſpooſæ neque vxoris ſuæ curam gerere licet vt tit. 1. dig. 1. & lib. 5. Codicis tit. 62. Conſt 4. & 17. & Inſtit. 1. tit. 25. & lib. 5. tit. 35. Conſt. 2.

d Si furioſo filio puberi quamquam maiori aonorom xxv. curator patet teſtamento dederit, eum prætor dare deber, ſecutus patris volontatem. hoc enim D. Marcus conſtituit. His igitur conſequens eſt vt & ſi prodigo curatorem dederit pater, voluntatem eius ſequatur prætor eumque curatorem det. Sed vtrum omnimodo ei quem pater prodigum eſſe exiſtimauit prætor dare debet curatorem an ita ſi futurum eſſet vt ſi nihil parer cauiſſet prætor ei quaſi prodigo bonis ioterdicturus eſſet, & maxime ſi filios habear iſte qui dicitur prodigus? potuit tamen prodigi liberos babentis pater & alias prouidere nepotibus ſuis, ſi eos iuſſiſſet heredes eſſe & patrem eorum exheredaſſet, eique præſtari iuſſiſet a filijs ſuis quod ſufficeret alimentorum nomine, addita cauſa iudicij ſui. Sed ſi nou habuit in poteſtate nepotes, quoniam poſt emancipationem filij nati fuiſſent, potuit ſub conditione eos heredes ioſtituere, Si emanciparentur a patre prodigo. At quid fiet ſi nolit prodigus pater emancipare filios ſuos? Hæc autem omnia quaſi inqoirendo dixit. Deinde ſubijcit defioitionem, per omnia prætotem ſequi debere iudicium patris, & quem pater vero coofilio prodigum appellauit, magiſtrarum non poſſe propter aliquod forte ſuum vitium idoneum exiſtimare ad adminiſtrationem. Hæc ſpecies pertioet ad id quod dicitur quaodoque per exhetedationem proſpici filio. Et ſcieodum eſt huic capiti oon adaptari Nouellam de ingratitudine liberorum. C y r i l l i. Si furioſo vel prodigo filio curatorem dederit, pater, voluntatem eius ſequitur prætor. poteſt tamen ſi habeat nepotes ex filio, eos ſcribere heredes & filium exheredare, legatis alimentis, & adiecta cauſa. aut ſi non ſint nepotes in poteſtate ſua, ſcribat eos heredes ſub conditione emancipationis, & cogetur filios eos emancipare.

e At qoomodo hoc hodie procedet No. 104. eoumerante cauſas exheredationis & dicente infirmari inſtitutionem, ſi alias exheredatus filius ſit. Sed ibi exheredationes enumerat quæ fiunt odij cauſa, quod ad hanc oon pertinet ſpeciem, in qua non odij ſed prouidentiæ cauſa booa mente exheredatur filius, quo geoere recte exheredatiooem fieri lib. 28. tit. 2. dig. 18. Vlpianus ait, vt cum impuberes exheredantur, & eis per fideicommiſſum hereditas quetitur, & lib. 38. tit. 2. dig. 12. Si noo mala mente filius exheredatus ſit, non amittere eum iura patronatus libertorum pateroorum, vt ſi furioſus vel pupillus fuerit & rogatus ſit heres ei hereditatem reſtituere.

f D o r o t h. Se prouidentia filij id facere.

g Corator furioſi ſeruum eius manumittere non poteſt, quia extra adminiſtrationem maoumiſſio eſt. nam & tradendo rem furioſi ita dominium transfert ſi ex vſu admioiſtrationis tradat. & ideo ſi donandi cauſa tradat, dominium non traosfert, niſi ex magoa vtilitate furioſi & cognitione iudicis donatio fiat. Adoleſcentium etiam curatores non poſſuot eorum booa donare vel donantibus eis auctoritatem accommodare vt lib. 26. tit. 7. dig. 22. & in fine 45. huius libri tit. 3. dig. 1. Pupillus etiam tutore auctore non maoumittit niſi cauſam in conſilio probauerit vt lib. 26. tit. 8. dig. 9.

h T h e o d. Etiam maior xxv. annis prodigus in curatione eſt, vt dicitor lib. 2. tit. 21. Conſt. 4. oihil ſioe eo alienat legitime. Furioſus etiam maioris ætatis in curatione eſt licet pet interualla ſapiat, ſecundum 6. Conſt. huius tit. Lege 5. Conſt. eiuſdem quæ dicit fratrum ſuorum furioſorum curam gerere emaocipatos fratres. quod mirum videri non debet. oam & 3. Conſt. huiuis tituli. ait filium petete curatorem patri ſuo furioſo. Lege 7. Conſt. huius tit. & 9. Conſt. 26. tit. 6. lib. & diſces ex eis plenius de curatoribos furioſorum.

i Beneait, Curatores dantur, non, ijdem curatores manent. nam & ſi furioſus quis ſit intra annom xxv. non accipit curatorem quaſi furioſus. diſcrimen in eo eſt quod propter ætatem omoioo vel præf. vrbi vel prætor vel præſides curatorem dant, propter furorem vel prodigalitatem, agnari curatores ſunt. quod traditur libro ſingulari. de tutelis tit. 1. dig. 3.

k Hæc vtilis actio intenditur petinde ac ſi cum illo coottaxiſſet auctore curatore, proinde agitur aduerſus curatorem, quaſi ex perſona furioſi. T h e o d. vt curator minoris ita curator furioſi non poteſt alienare vel obligare quidquam ex bonis eius ſine decreto. Lege ſeq. 71. tit. & ſic intelligatur quod traditur lib. 2. tit. 21. dig. 4.

l Vt ſi acceptilationem vel pactum fecerint vel ſi quid alienauerint ſine decreto.

m Theod. Etſi furioſæ quis vxori ſuæ mittat repudium, ſoluitur matrimonium. nam didiciſti Conſt. 6. tit. 17. huius libri, ſtatim miſſo repudio matrimonium ſolui. Plus ait 134. No. ſolui matrimonium etiam ſi non ex cauſa legibus cognita miſſum repudium ſit.

n Additur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Qui ſolus repudiare potuit. Quaſi ſcilicet ſapiens.

o Nec enim mater adminiſtrat bona filiæ ſed curator ei datus.

p Vt nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem quoties furor redierit.

q Ne crebra vel quaſi ludibrioſa fiat curatoris creatio.

r Τὸ κατὰ πόδας habet, caſtrenſium vel eorum quæ aliter ad eum peruenerunt.'

ſ Suus enim heres exiſtit parentibus.

t Additur εἰς τὸ πλάτος Dubitarunt iuris auctores an poſſet curator pro furioſo hereditatem amplecti. Sancimus igitur & cetera quæ ſequuntur in Baſilico.

u Olim neceſſe erat volentem amplecti bonorum poſſeſſionem, præſidem adire & eam petere. Hodie Conſtantinus conſtituit apud quemcumque iudicem vel etiam ſi apud magiſtratus municipales indicarit quis ſe velle bonorum poſſeſſionem agnoſcere, vt vtiliter ſit agnita. & hæc eſt 9. Conſt. 9. tit. 6. lib.

TITVLVS XI.

Rem pupilli ſaluam fore.

PAVLI.



TVNC agitur ex ſtipulatione rem pupilli ſaluam fore cum & tutelæ agi poteſt. 1

VLP. Si pupillus abſens ſit vel fari non poſſit, ſeruus eius ſtipulari debet, ſi ſeruum non habeat, emendus ei eſt. Sed ſi non ſit pecunia vel ſi non ſit expedita emptio, ſeruus publicus apud prætorem ſtipulabitur. 2

IDEM. Aut prætor dabit aliquem cui caueatur. 3

IDEM. Et ipſo iure non adquiritur pupillo ſed vtilem actionem habet. Hæc autem cautio ſatiſdatio eſt. Et ea tenetur tutor & qui pro tutore negotia gerit & fideiuſſores eorum, non etiam qui omnino non geſſit. nam & hic tutelæ non tenetur ſed vtili. Cogi igitur debet adminiſtrare, vt & huic ſatiſdationi ſubijciatur. Hæc ſatiſdatio aduerſus tutorem & fideiuſſores eius finita tutela committitur, aduerſus curatorem & aduerſus eum qui pro tutore negotia gerit ſtatim atque quæque res ſalua non eſſe cœpiſſet. Committitur etiam tutore capto ab hoſtibus. quia finitur tutela licet reuerſo eo recuperari ſperetur. Ex quibus autem cauſis tutellæ agi non poteſt hac etiam non agitur. Si curator non geſſerit curam, non tenetur ex ſtipulatu. Sed quæ dicta ſunt de tutore, & de iſto dicenda ſunt, præterquam quod ſtipulatio committitur aduerſus eum & fideiuſſores eius ſtatim atque res adoleſcenti ſalua eſſe deſinit. Pertinet autem ad omnes curatores. 4

PAVLI. Etiam filius furioſi ſi ſtipuletur adquiret. 5

GAI. Si pupillus abſens ſit vel fari non poſſit, ſeruum eius ſtipulari oportet. 6

ri oportet. nam si præsens sit, licet per ætatem non intelligat quid agat, ipse stipulabitur.

7. MODESTINI. Testamento & a præside datus tutor vel curator non petit a concuratore satisdationem, sed offert dare vel accipere.

8. VLPIANI. Etsi in rem specialem curator datus sit, exigitur ab eo satisdatio.

9. POMP. Non solum res pupilli sed & debita stipulatione continentur, & omnia ea quæ in rutelæ actionem veniunt.

10. AFRIC. Post pubertatem si moram faciat tutor in reddenda tutela, & ipse & fideiussores vsurarum & fructuum medij temporis no-
11. mine tenentur. Stipulatio etiam committitur si quod debetur ex tutela non soluatur.

12. PAPIN. Ex hac satisdatione singuli fideiussores insolidum tenentur cessis actionibus aduersus alios, quamuis alio agente diuidatur actio. Tutorum autem singuli pro modo eius quod gesserunt tenentur nisi eorum quidam soluendo non sint, qui idoneorum culpa vt suspecti remoti non sint tunc enim insolidum tenentur.

TITVLVS XII.

De curatore bonis dando.

PAVLI.

1. SVB conditione heres institutus vel impleat eam si potest, aut respondeat [a] ad hereditatem & si extiterit conditio, venduntur bona defuncti. Quod si nihil horum facere potest, curator rebus [b] datur, vt quædam ex eis vendat & æs alienum quod ex pœna crescit soluat sicut cum venter in possessionem mittitur vel pupillum tutorem non habet.

2. VLPIANI. Hæc in curatore bonis seruantur vt ex consensu maioris partis creditorum constituatur & omnia quæ per eum gesta erunt rata habeantur, & actiones ei & in eum competant, & si quem ipse constituerit ad agendum vel defendendum, rem ratam vel iudicatum solui satisdetur nomine eius, non illius qui venditionem patitur. Si plures autem sint curatores, singuli insolidum agunt & conueniuntur, nisi ad regiones diuersas [c] dati sint. Inuitus [d] curator bonorum non fit, nisi ex magna causa iussu imperatoris, nec omnimodo creditor defuncti [e]. Si tres bonorum curatores fiant, etiam is qui nondum quidquam attigit [f], conuenitur, nisi inuitus curator factus sit.

3. CELSI. In quem vult curatorum creditor agit, Horum etiam singuli insolidum agunt.

4. PAVLI. Distractis bonis [g] per curatorem, nullam actionem ex antegesto habet is qui fraudare creditores voluit [h]. Si debitor foro

†Εἰ φυ-ρῶσι χρεώσεις

cesserit, † & creditores elegerint vnum per quem bona distrahantur & redacta pro rata eis soluantur, & postea existat alius creditor, hic non aget aduersus curatorem, sed potest vna cum eo bona vendere ita vt ex venditione pro portione omnes accipiant.

a Si intettogatus an aditurus sit hereditatem respondeat etiam si existar conditio se non aditutum.

b. Calocyri Proconsulis. Hoc distat cutatot datus rebus a cutatore dato bonis, quod hic generalis, ille specialis est, puta vt vnum quid vel alterum exequatur, veluti vt hanc rem vendat vel grane æs alienum soluat vel obliget aliquid vrgenre necessitate, vel qnod magis huic curationi congruit vt tes custodiar quoad adeatur hereditas. Hic vero plenins omnia administrat & ratum est quidquid agit & eorum bonorum quibus darus est actiones dictat patiturque.

c Quia tunc tegionem qnisque suam, ptout datus est, conseruate debet.

d Voluntarius igitut quærendus est.

e Sed porest etiam is qui creditot non est bonis curator dari.

f Calocyri. Qui semel hanc cutationem suscepit, etiam si nihil administrauetit, tenetur, arque adeo vnus ob gestum aliorum conuenirur. Omnes enim pto vno habentur. & hoc nota.

†Placer quod ait, bonis Senatoris. Cetera mendosa sunt.

g Impp. Antoninus & Senerus rescripsetunt, distrahendis bonis Senatoris † ex S. C. curatore dato, nullam ex testamenro actionem competere cntatori.

h Si qnis, inquit, creditorum in fraudem aliotum aliquid machinatus sit, inde non habebit actionem; sed neque is qui datus est.

·TITVLVS XIII.

Ne tutor vel curator vectigalia conducat.

Lib. 5. Codicis tit. 41.



Onstitvtio [a] scripta est ad tutorem volentem con- 1.
ducere vectigalia fisci, quod ei interdicit in hæc verba, Scire procuratorem Cæsaris [b] non debere tutores vel curatores vectigalia conducere, & propterea falsi eos crimine teneri. Quia tamen is qui conduxerat vectigalia vltro adijt principem petens remitti sibi crimen falsi, id remitti si satisfacere [c] possit fisco & pupillo. At si is qui iam conduxerat vectigalia, tutor creatus sit & excusauerit se, absolui eum crimine falsi [d].

a Theod. Neque tntor neque curator qui nondum reddidit rationem administrationis vectigalia fisci conducere potest. Memineris 30. & 35. Const. 65. tir. 4. lib. quæ idem ait de curiali & milite. Etiam tutor qni sine scripro mentitnr vt falsarius tenetur. Lege lib. 9. tit. 22. Const. 2. vbi ait eum qui debitum inficiatnr, falsatium esse.

b Nam procuraror Cæsaris est vectigalium iudex.

c Hoc est si vtrique satisdederit.

d Potuit enim se excusare ob fiscalium rerum administrationem. Ceterum non vtens excusatione, non tenetut crimine falsi.

TITVLVS

TITVLVS XIV.

De diuidenda tutela, & pro qua parte quisque tutorum conueniatur.

1. TVTORES [a] qui administrauerunt quo tempore
depofuerunt tutelam idonei erant, postea qui-
dam eorum facti sunt non soluendo. Horum
2. inopia non onerat contutores [b]. Si [c] creationis
tutorum [d] tempore a præside diuisa sit tutela vel
a restatore, alter pro altero non tenetur nisi do-
lo vel culpa [e] suspectos remouere supersederit
vel prodita causa suspicionis superior non euaserit. Sed si diuisa non sit
tutela, vel si diuisa sit ab ipsis tutoribus, non a præside, vnus insoli-
dum conueniri potest cessis actionibus aduersus contutores. Consti-
3. tutio hæc superiorem quodammodo consequitur. nam superior ait a
tutoribus inuicem diuisa tutela, nihilominus eligi vnum ex eis posse.
Hæc adijcit, si consensu [f] tutorum vnus administret, alij non admi-
nistrent, eos qui administrarunt & heredes eorum primo loco con-
ueniri.

a THEOD. Tutor non tenetur pro contutore suo si idoneus erat tempore depositæ tutelæ. Memineris 6. Const. 51. tit. & 2. Const. 55. tit. huius libri.

b Quod igitur dictum est in 6. Const. præcedentis tituli, electionem habere in quem velit agere, sic intelligendum est, si omnes soluendo sint vel si tempore tutelæ non sint non soluendo, ne sit pugna inter Constitutiones.

c THEOD. Si tutores simul administrauerint, in quem eorum vult recte pupillus agit, cessa ei actione aduersus ceteros. Idem ait 6. Const. 51. tit. huius libri. Sciendum autem est, si separatim administrauerint, nullum teneri pro alio, sed vtrumque pro rata singuli nisi vnus ex eis remotus sit quasi suspectus, iuxta 2. Const. huius tit. Item sciendum est, quod & si agnoscunt periculum singuli tutores qui administrarunt pro sua tantum parte, tamen is qui prior læsit pupillum, plus tenetur, vt significat 3. Const. huius tit. Lege & 1. Const. 55. tit. huius libri.

d Additur εἰς τὸ κτ᾽ πόδας, In eodem loco seu prouincia constitutorum. & ait Thalelæus, nam si in diuersis prouincijs fuerint, huic quæstioni locus non est propterea quod nullam inter se societatem habent.

e Si igitur culpa eius absit, vt si tempus ad remouendum non habuerit, illo repente in inopiam redacto, vel si latuerit eum pessima administratio, hoc ei non imputatur.

f Nam vt si nihil conuenerit, singuli tenentur ex inopia alterius, ita & si conuenerit, qui administrauit tenetur ex inopia non administrantis. Nota igitur non prius agi cum eo qui non administrauit quam actum sit cum eo qui administrauit & heredibus eius.

Lib. 5. Codicis tit. 53.

TITVLVS XV.

De iureiurando in litem.



P OST [a] morrem tutoris & pubertatem pupilli cu- 1.
rator factus, recte agit cum herede defuncti, vt
is transferat in se administrarionem. quod si is no-
luerit instrumenta tutelæ reddere, potest is cuius
rutela gesta est si voluerir iurare in litem. Is qui 2.
rationem rutelæ seu curæ reposcit, non iurar in
litem [b], sed si voluerir iurare, eum admittemus
si qua in re dolus interueniat heredum tutoris post longum tem-
pus [c] ab adita hereditate instrumenta non restiruentium. quod si do-
lus absit, non iuratur in litem, sed quæritur, quanti re vera intersit,
quæ veritas sine iureiurando recte argumentis inuestigari potest. Si 3.
egerit minor aduersus curatores & iurauerit in litem, sequuta con-
demnatione iudicis, non admittemus ex pacto [d] deminurionem
condemnationis [e]. Tutor qui non fecit inuenrarium, subjicirur iu- 4.
reiurando in litem. Similiter & qui non profert instrumenta. nam hoc
ipso videtur dolo facere quod inuenra in bonis instrumenta suppri-
mit. Sed si post litem contestatam [f] cum tutore heredes eius iudi-
cium tutelæ adimpleant, subjiciuntur & ipsi iuriiurando in litem. Tu- 5.
toris heres ob non factum inuentarium non renetur. alio tamen mo-
do conuenitur. quia enim tutor videtur dolo facere inuentario non
facto, quasi ex dolo tutoris, heres tenetur [g].

a THEOD. Si egerit pupillus aduersus heredes curatoris & petierit instrumenta, si velit iurare in litem potest, illo nolente exhibere. nam air 4. Const. huius tir. etiam heredem eius dolo non exhibentem instrumenta, supradicto iureiurando obsttingi. Lege 5. Const. eiusdem tit. & memineris 26. Const. 37. tit. huius libri.

h Addirur εἰς τὸ κατὰ πόδας, Inuirus & ait Thalelæus; Sic didicisti in 1. lib. de rebus tit. 2. tunc esse locum iuriiurando in litem cum dolo quis non implet ea quæ implere debet. Et eodem tir. turorem inuitum non iurare in lite pupillari. Quære tit. 7. c. 4. th. 1. THEOD. Qui agit tutelæ vel curæ inuitus non iurat in litem sed iudex spectat veritarem eo non iurante. idem ait 4. Const. huius tit. Sciendum tamen est volentem pupillum recte iurare secundum 1. Const. huius tit. Lege & seq. 3. Const. Τὸ κατὰ πόδας sic habet, Is qui rationem rutelæ seu curæ reposcit, inuitus in litem iurate compelli non potest, sed volens ita demum audiendus est si heres per longam successionem tutoris instrumenra pupillaria dolo circumueniendi pupilli gratia exhibere non vult neque dolus neque lata culpa neque fraus heredis conuincitur, omissa iurisiurandi facultate, iudex de veritate cognoscet quæ etiam argumentis liquidis inuestigari potest.

† Videtur deesse negatio.

b Parcimus † iuranti quoniam verum scire non potuit, in minori ætate gesta administrarione.

c Tempus habuerunt heredes. & ideo Constiturio damnat eos, quod dolo faciant, dum instrumenta non exhibent.

d THEOD. Si iurante pupillo damnatus sit tutor, non potest pacisci postea vt minus damnatione inferatur. Pactum vocat transactionem; Sic enim Heros patricius adnotauit.

e Quia post, condemnationem transigere non licet.

f Lite contestata aduersus tutorem, aduersus heredem eius locum habet iusiurandum in litem, licet heres ipse dolo nihil fecerit. nam post litem contestatam heredes principalium personarum iura habere videntur.

g Licet damnetur quasi ex dolo tutoris, hòc tamen interest, quod non ex iureiurando in litem cum dolo non fecerit damnatur sed in id quod interest.

TITVLVS XVI.

Lib. 5. Codicis tit. 55.

Si tutor non gesserit.

1 LIBERTVS [a] vna cum patrono suo pupillo tutor datus est & nihil quidem ipse gessit, patronus gessit & bonis pupilli damnum attulit. Conuentus libertus dicit se nihil administrasse neque potuisse quasi suspectum patronum remouere, quod non possit libertus aduersus patronum famosa [b] actione experiri. Quamobrem liberto ita rescribit imperator. Certum est non solum eos qui gesserunt sed & qui gerere debuerunt tutelam, teneri etiam in ea quę a contutoribus seruari non potuerunt, si modo cum suspectos facere deberent, id officium omiserunt. Tu autem & si contra patronum tuum famosam actionem instituere non potuisti, prouidere tamen ne quid cautione deesset necessarijs postulationibus [c] apud eum cuius de ea re iurisdictio fuit potuisti. Tutor [d] qui non administrauit si modis qui administrauit soluendo sit non tenetur. Sed si non sit soluen-

2 do tenetur, propterea quod quasi suspectum contutorem non remouit.

a Non tantum qui gessit sed & qui gerere debuit tutelam tenetur pro contutoribus qui soluendo non sunt, si modo eos non remouerint quasi suspectos. Lege 2. Const. huius tit. & memineris 8. Const. 37. tit. & tit. Const. 54. huius libri.

b Didicimus enim ob dolum remotum, infamem fieri. Neque vero dixeris patronum esse & non infamari. nam hoc ita procedit si pupilli patronus fuerit. Hic autem non erat pupilli patronus sed contutoris.

c Potuit enim detracta remotionis petitione postulare vt tuto loco deponerentur res pupilli.

d THEOD Tutores qui non administrarunt non teneotur pro contutoribus qui administrarunt si soluendo sint. Pro eis autem qui non administrarunt, omnes teneutur ex æquo. Memineris præcedentis Constitutionis & 1. Const. 52. tit. & 3. Const. 56. tit. huius libri. τὸ κʹ πόδας. Qui se non immiscuerunt tutelæ vel curæ, ex persona eorum qui gesserunt & tutores idonei sunt, non oneraotur. Si qua vero suot quæ cum geri debuerint omissa sunt, latæ culpæ ratio omnes æqualiter tenet. *Si qua vero*. Nouum hoc est, quod dicitur eum qui non administrauit non teneri nisi prius actum sit cum eo qui administrauit, ad ea pertinere quæ gesta sunt. nam in ijs quæ a nemine gesta sunt, non possumus dicere, hunc priorem esse, illum posteriorem, quandoquidem cum sit omnium par culpa, omnes ex æquo teneutur.

TITVLVS XVII.

Lib. 5. Codicis tit. 56.

De vsuris pupillaribus.

1. MANIFESTVM est [a] quod Constitutione cauetur & a nobis dictum iam in 7. tit. libri singularis de tutelis, tutorem vel curatorem pecuniæ in suos vsus conuersæ legitimas vsuras præstare, hoc est semisses. Siue suo nomine tutor tute-

2 læ conueniatur, siue ex inopia contutoris, eius quod debetur vsuras præstare compellitur. Nam & si dicatur conuentum pro alio vsuras non pręstare, [b] tutor tamen

quasi ex sua culpa conuentus quod contutorem quasi suspectum
remouere supersederit, vsuras eius quod debetur soluere compelli-
tur. Si tutor neque idoneis hominibus pecuniam credere neque 3
emere possessionem potuerit, vsuræ ab eo non exiguntur [c]. Pupillus 4
[d] tutelæ agere non compellitur inuitus. Verum si tutor citius liberari
velit, testatione [e] interposita vocet eum ad iudicium & si rem diffe-
rat, actis [f] inferatur vocatum non venisse atque ita omni actione
liberabitur.

a Tutor qui vtitur pupillari pecunia legitimas vsuras præstat. & generaliter, vt ait 2. Const. omnium. quæ ex causa tutelæ debentur. Lege Nouellas de tutoribus. Quære de vsoris pupillaribus lib. 37. tit. 7. c. 7. & huius libri tit. 2. c. 3. th. 4. & tit. 4. e. 3. th. 2. 3. & tit. 7. c. 3. & 4. th. 1. & rit. 8. c. 9. Et si pecunia vsus non sit, præstat vel quincunces hoc est vncia maiores trientibus (nam centesimam diuiduot in xij. vncias) vel mioores secuodum morem regionis.

b Hoc dicit propter ius illod quo cauetur, conuentos pro alieno debito non præstare vsuras, vt magistratus pro magistratu & similes.

c Hoc ita procedit si eo tempore noo inuenerit cui suam pecuniam crederet. nam si sua pecunia credita, popillarem otiosam reliquerit, vsuræ ab eo exiguntur, vt didicimus in 7. tit. De tutelis, vbi & plenissime exponitur tempus quod præstitutum est tutori ad exigendam & credendam pecuniam & generaliter de tutelari quæstione ibi iura pleue aperteque tradontur.

d THEOD. Etiam si noo egerint pupilli adoersus tutores vel curatores eorum oomine quæ debentur, debent tamen ipsi offerre ea quæ debent. alioquin vsuræ ab eis exiguntur nisi scilicet obtuleruot debita vel eos ad iudicium prouocauerint.

e Hoc etiam didicimus supra, volentem offerre prius id contestari debere tum offerre.

f Nota ooum ius, quo nou exigitur ab eo vt obsignet & depooat; sed hoe tantum vt actis habitis apud præsidem suam voluntatem declaret.

TITVLVS XVIII.

De contrario iudicio.

Lib. 5. Codicis tit. 58.



VTOR [a] qui pro contutore conuento & condemnato 1
soluit, nec solutionis tempore cedi sibi actionem in con-
tutorem petijt, non recte agit contraria tutelæ actione
aduersus pupillum [b] cessionem petens. Iam enim solutio-
ne ea quam fecit, contutor liberatus est. Sed si tempore solutionis
emit tutelæ actionem aduersus contutorem, in rem suam procura-
tor factus, recte agit aduersus contutores suos. Constitutio [c] opem 2
fert tutori qui absens condemnatus est pro contutoribus insolidum,
dicens eum etiam si cœperit iudicatum facere recte a pupillo postula-
re vt sibi actiones aduersus contutores cedat vel etiam sine cessione
vtili actione [d] experiri posse. Quidam [e] filium habens gessit tutelam 3
priuigni sui & decedens scripsit heredem filium ex parte, priuignum
ex parte cuius tutelam gesserat. Pro qua parte priuignus successit con-
fusa [f] & amissa est tutelæ actio. Ceterum potest in reliquum aduer-
sus filium tutoris hoc est fratrem vterinum experiri & reposcere ab eo
rationem tutelæ: qui rursus eorum nomine quæ pater erogauit, op-
ponet reputationem. Quod si priuignus sciens amplius deberi tutori,
tutelæ agere supersedeat, recte tutoris heres aget contraria actione.

a Ei qui soluit pro contutoribus suis condemnatis, non ceditur iu eos actio iudicati. Sed si pro seipso & conturore damnetur, recte ceditur actio iudicati, vt significat Coost. 2. huius tit. ne videatur obstare 6. Const. 51. tit. huios libri.

b Nam aduersus conturorem agere potest negotiorum gestorum, quod solotione eum liberauerit.

c Ὁ κτ' πόδας, Si non ex propria culpa solus pupillæ condemoatus es, sed absens & indefeosus adquieuisti, cum ex causa iudicari satisfacere cœperis, actioues aduersos contutores tuos maudari tibi a pupilla, desiderabis vel vtili actione vteris. *Solus.* Nam si solus ex suo delicto damnatus est, qualem cessionem desiderare potest. *Et indefensus.* Nota duo Constitutionem exigere, vt & abseus, iodefensus condemnatus sit. Pouendum igitur est eum post litem contestatam, cum abesset damnatum fuisse. Ceterum si iusta causa absfuerit, appellare potest.

d Puta vt ad exemplum procuratorum in rem suam vtili actione agat, quasi videatur facta cessio licet facta oon sit.

e Si a turore suo scribatur quis beres pro parte, recte agit tutelæ aduersus coututorem pro altera parre, computato eo quod iu rem eius erogatum est. Hoc de omni herede scripto a debirore didicisti lib. 2. tit. 18. Const. 7. & lib. 4. tit. tit. 2. Const. 1. & tit. 16. Coost. 1.5.6.

f Omnis confusio fit pro qua parte quis heres extitit, vt pro semisse tantum si ex semisse heres extiterit.

TITVLVS XIX.

Lib. 5. Codicis tit. 6.

Quando tutores vel curatores esse desinant.

1. SI [a] pupillus tutores & curatores [b] habeat, pubertate non
tantum tutoribus sed cutatoribus liberatur, & ideo post
2. pubertatem alios curatores minorem [c] accipere opor-
3. tet. Tutela [d] ex sola voluntate pupilli non finitur. Olim fœminarum pubertas ex annis solum xij. æstimabatur: Marium vero ex annis xiiij. impletis, concurrente simul habitu corporis, vt didicisti in institutis. Hæc vero Constitutio iubet etiam in maribus ex xiiij. annis eam æstimari, non amplius spectato habitu corporis, propter indecotum.

a Theod. Pubertate popilli, tutores esse desinunt, necnoo & adiuncti eis curatores, & alij in eorum locum dautur. At sciendoin quod ait 2. Coust. 36. rit. huius libri, curationem post pubertatem ooo durare. Memineris 11. Const. 51. tit. huius libri.

b Didicisti iu Institutis, sæpe tutoribus cutatores adiungi, vt cum idonei non sunt tutores, non tameu fraudulenter administrant.

c Nam & si puberes a curatoribus regaotur, hi tameu dati sunt quasi pupillo, & ideo curatio fioitur pubertate.

d Theod. Nou potest pupilli voluntas fiuite officium tutelæ, nisi excesserit mas annos xiiij. fœmina xij. vt 3. Coust. buius tit.

FINIS XXXVIII. LIB.

ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ.



ΒΑΣΙΛΙΚΩΝ

LIB. XXXIX.

TITVLVS I.

De querela testamenti.

VLPIANI.

1. PARENTES [a] & liberi [b] & fratres [c] agunt querela inofficiosi testamenti, non etiam ceteri cognati. Lib. 5. dig. tit. 2.

2. MARC. Querela [d] inofficiosi testamenti hoc colore intenditur quasi testator compos mentis non fuerit, non quod reuera furiosus vel demens fuerit. alioquin non valeret testamentum.

3. MARCELLI. Inofficiosum testamentum dicit qui dicit [e] se non
4. debuisse exheredari vel præteriri [f]. Nec enim est consentiendum parentibus liberos testamento defraudantibus.

5. MARC. His [g] etiam querela inofficiosi testamenti competit qui ex fœminis descendunt.

6. VLP. Suis [h] qui erant in vtero tempore mortis testatoris, & cognatis competit querela inofficiosi testamenti, atque etiam ei qui post mortem matris secto vtero editus est. Si quis [i] ex ijs qui ab intestato non vocantur, per obreptionem [k] egerit querela inofficiosi testamenti & obtinuerit [l], non ei, sed legitimis heredibus proficit victoria. defunctum enim intestatum fecit. Post litis [m] contestationem & post acceptam bonorum possessionem [n] & post præparatam litem querela inofficiosi testamenti ad heredem transfertur, etiam si veniens ad mouendam litem decesserit.

7. PAVLI. Præparare litem [o] in suis quidem est comminari litem [p] tantum vel quod plus est denuntiare aut libellum dare. nam in suo bonorum possessio [q] necessaria non est & aditio hereditatis superuacua est. In emancipatis autem præparare litem est eorum quid facere quæ superius comprehensa sunt. atque ita querela in heredes transmittitur.

a De ijs qui inofficiosum testamentum faciunt sine causa exheredantes liberos suos vel si-

lentio prætereuntes, in hoc titulo tractatur, & de actiooe legibus data ijs qoi exheredationis vel prætetitiouis ignominia notati fuot. est autem hæc petitio hereditatis de ioofficioso. De inofficioso autem est querela de testameoto quod ex officio pietatis cooueoienterque naturæ factum non est, valet tamen subtilitate iuris, quæ datur iniuria adfectis per exheredationem vel præteritionem quibus nullus alius in hereditatem defuncti aditus patet ex iure ciuili antiquo vel prætoria iurisdictione. Inuenit eam populus, Constitutiones confirmarunt & hæc quidem est definitio querelæ inofficiosi, quæ subtilius explicabitur hoc modo. Quidam sunt qui testamentum facere nullo modo possunt, vt filijf. prærerquam in castrensi & quasi castrensi peculio, & impubes, seruus, furiosus, & his similes, quidam testamentum faciunt vt volunt, vt milites expeditionis tempore in castris agentes. nam eorum testamenta lex diligentius non spectat, solaque eorum voluotas rebus legem imponit, si modo sit io expeditione condita. Cetcri testamentum faciunt obseruata iuris subtilitate, libertini & ingenui, & libertini quidem inter cetera satisfacere debeot patronis secundum coostitotionem quam victorijs clarus Imperator noster promulgauit, ingenoi autem testantur secundum leges & Constitutiones, quarum solemnitatem si obseruauerint & liberos heredes vel ex iustis legitimis exheredes fecerint, valet testamentum, nec ciuili aut prætorio iure infirmari potest. Verum quia hoc iure plerique abutebantur, extraneis heredibus scriptis & filijs exheredatis, subueoit eis Populus, & permisit agere de inofficioso quo iudicio si odij iustam causam noo esse docerent, testamentum rescinderent. infirmatur enim testamentum ac si a forioso factum. Cur enim furorem non dicemus, naturæ succensere? Nota autem querelam dici non actionem. nec enim est actio sed causa actionis vel hereditatis petitionis, & sicut bereditatis testamentariæ, noo ipsa scriptura est actio, sed caosa hereditatis petitionis quæ ex testamento competit & probatio intentioois eius qui hereditatem petit, sicut item lex quæ ab iotestato vocat & S.C. Tertulianum & Orficianum caosæ potius suot petitionis hereditatis quam actiones (agunt enim qui ab iotestato vocantur hereditatis petitione, & rogati Vnde agitis, respoodent Ab iotestato, & mater ex S.C. Tertuliano, filius ex S.C. Orficiaoo) Sic is qui agit de inofficioso, agit petitione hereditatis, rogatus autem vnde agat, dicturus est confestim ex inofficioso testamento. De inofficioso igitur non est actio per se, sed causa hereditatis petitionis. Et ageotem de inofficioso, agere petitione hereditatis, constat ex ijs quæ Scæuola scribit in xx. dig. huios tit. & Vlpianus seq. tit. circa finem quinti digesti, vbi ait multa esse hereditatis petitionis iudicia, qood scilicet ex multis & varijs causis agi possit bereditatis petitione. Nec obstat quod actio de inofficioso dicitur sæpe oam & actionem creditæ pecuniæ dicimus, cum tameo id noo sit eius actionis nomen, & ex certa stipulatiooe actionem ex stipulatu legimos, cum tamen ex certa stipulatione non ex stipulatu actio sed condictio competat. Verum creditæ pecuniæ actio significat actionem ex numeratione, & ex stipulatu actio coodictionem certi. & eodem modo querela quædam est de inofficioso ooo actio. quod & optimus Vlpiaous statim r. dig. proprietatem spectans de inofficioso querelam esse demonstrat, ac post deinde vtitur de ioofficioso actionis verbo. Ne quis igitur actionem esse putet de inofficioso, sed causam actionis quod noo ex officio pietatis testamentum confectum sit. His cognitis de definitione inofficiosi testamenti, veniamus ad contextum. Id sciendum est io primis multis personis dari querelam inofficiosi testamenti, ascendentibus de testameoto descendentiom, & descendentibus de testamento asceodentium, non tamen cognatis a latere, nisi consanguineis fratribus turpi persona herede instituta. proinde ceteris cognatis a latere consultius est silere & non queri de inofficioso testamento, quam inanem sumptum facere, cum obtinendi spem non habeant.

b *Quæstio.* An potest filius adoptiuus agere de ioofficioso testamento patris adoptiui? *Stephanus* maxime & ita Paulus scribit lib. 45. tit 1. dig. ante 19. folij Indicis finem. *Quæstio.* Ao is qui datus est in adoptiooem potest agere de inofficioso testamento patris naturalis? *Stephanus.* Extraneus datus in adoptionem quandiu est io adoptiua familia a parte adoptioo non emancipatus, non potest agere de inofficioso testamento patris naturalis, vt inouit lib. 8. Cod. tit. 47. Const. 10. Et sane coostat existentibus liberis vel legitimis heredibus eom oon agere. nam qui est io adoptiua familia, ex tertio ordine puta Vnde cognati vocatur. Liberi statim vocantur primo gradu. Igitur qui est in adoptiua familia ita demum vocatur si neque liberi neque legitimi cognati supersint. Agit autem de inofficioso si absque causa præteritus sit a patre oaturali. *Quæstio.* An spurius potest agere de inofficioso testamento matris? *Stephanus* maxime, vt ait Vlp. 2. th. 29. dig. huius tituli.

c Ex ijs qui sunt a latere frater de inofficioso testamento agere potest, vt 3. Cod. 28. tit. 21. dig. si modo sit consanguineus, durante vel oon agnatione, & turpis sit persona heredis scripti. oam turpi persona herede scripta, etiam si re ipsa magna non sit turpitudo, sed leuis notæ macula, consanguineus frater potest agere de inofficioso testamento fratris, vt coostat ex 27. Const. eiusdem libri & tit. quæ adijcit etiam liberto herede scripto posse fratrem testatoris agere de inofficioso, si perperam & non bene meritum libertum frater heredem scripserit,

scripserit, excepto seruo uecessario herede, aduersus quem non intenditur querela.

d Qui possint agere de iooffìcioso, didicimus 1. dig. Hi vero agentes hoc colore & prætextu vtuntur, quod videatur testator sanæ mentis non fuisse, qui sine causa suæ naturæ succensuit. Dico eos hoc colore vti quoniam ipso quidem iure testamentum valet, sed ex officio pietatis factum uon est. Nou furiosum testatorem aut dementem fuisse. quia si furiosus esset, nullum est testamentum, & non est locus definitioni querelæ inofficiosi testamenti, traditæ superius, querelam scilicet inofficiosi testamenti dari aduersus testamentum ipso quidem iure validum, sed non ex officio pietatis factum.

e Acturum de iuofficioso testamento hoc est petitione hereditatis ex ea causa, allegare oportet cur non debuerit exheredari vel præteriri, quod plerumque parentes liberos suos exheredant aut prætereunt falso id est sine causa, instimulati aduersus eos. Præteritioois verbum refertur ad testamentum matris vel nepotem ex filia. CYRILLI. Qui agit de inofficioso allegare debet cur exheredari vel præteriri nou debuerit. *Enantiophanes.* Hoc iofirmat No. 115. quæ definit testamentum oon in totum infirmari sed institutionem solam.

f Ita vt vel ob id solum quod ueget se a patre exheredari vel præteriri debuisse, onus probandæ ingratitudiois heredi incumbat, quod liquet satis ex 2. th. 5. dig. Id enim ignorandum non est hodie certas esse ingratitudinis causas, quas enumerat Domini Nouellæ Constit. 115 post Constitutionum codicem, quæ ait non licere patri, matri, auo, auiæ, proauo, proauiæ, filium suum aut filiam aut reliquos liberos præterire vel exheredare, etiam si donatione quadam vel legato vel fideicommisso vel alio quolibet modo legitimam portionem in eos contulerint, uisi liberi iograti probentur & ipsas iogratitudinis causas parentes in suo descripserint testamento. debere & omnes ingratitudinis causas vel vnam earum descriptam, vti dictum est, testamento patris, probari ab herede. Sed legenda est No. quæ hæc definit persectius. *Præterim.* Præteritionis verbum refertur ad testamentum matris vel aui materni vel fratris, & lege quintum digestum.

g Dixit Marcellus 3. dig. etiam præteritis liberis dari querelam inofficiosi testamenti. Nunc tollendæ dubitationis causa, ne quis in eo hæreat, qua ratione fiat vt valeat testamentum in quo filius præteritus est, ait etiam eis qui ex fœminis descendunt, quorum præteritio nullum testamentum non facit, inofficiosi testamenti querelam dari, vt filio de testamento matris, qui & plerumque viocit si iustam causam irascendi non habuerit mater. τῶν ἐναντιοφανῶν. Hæc de differentia agnationis & cognationis, sed infirmaotur lib. *. tit. 14. const. 34.

h ΠΡΟΘΕΩΡΗΣΙΣ. Acturum de inofficioso testamento, in primis docere oportet nulla se lege prohiberi quominus testamento heres scribi possit, deinde ab intestato priore loco ad se bona deferri. i. hereditatem defuncti, post iuiustum fuisse odium defuncti erga se. Sciendum & hoc Prætorem volentem ne hominum quisquam sine herede decederet proposuisse, multas bon. possessiones, duas ex testamento, quatuor ab intestato, omnes sex ordinarias. Ordinatiæ dicuntur quòd τάξιν siue ordinem quendam babeant, aliæ ex testamento, aliæ ab intestato. Post has induxit extraordinariam bo. possessionem vnam, quæ ideo extraordinaria dicitur quòd tam ex testamento quàm ab intestato locum habeat; Et primam quidem induxit bo. possessionem cootra tabulas quam liberis præteritis se datorum pollicetur, nec tamen ea accepta, vt Ioannes adnotat, etiam liberi auferuot possessionem ex cap. 39. Vitium rupti prętor non nouit. His autem propositis, prætor ita subiunxit, Si vero postumus præteritus sit, & huic quoque nato bon. possessionem contra tabnlas dabo. nam antequam nascatur, bon. possessionem non dat (his enim tantum qui sunt in rerum natura & qui sanæ mentis sunt bon. possessiones pollicerur) Sed mittit eum in possessionem dictam, ventris nomine, vt videatur quodammodo venter venisse in possessionem bonorum paternorum. Secundo loco prætor induxit bo. possessionem secundum tabulas qua confirmat iudicium testatoris. Pollicetur autem eam se daturum cuilibet heredi scripro, etiam postumo cum editus fuerit si, postumus fuerit scriptus. Et has quidem duas bon. possessiones introduxit prætor ex causa testamenti, contra tabulas & secundum tabulas, hanc corroborantem, illam impugnantem testamentum. Introduxit etiam ex causa intestati quatuor bon. possessiones, quarum prima est Vnde liberi, quam dat liberis qui in potestate morientis fuerunt naturalibus vel adoptiuis, atque etiam emancipatis liberis; secunda & omnium quarta est Vnde legitimi, quam dat vel propter cognationem vel propter libertatem. propter cognationem legitimis, propter libertatem patronis. tertia ab iotestato omniumque quinta est Vnde cognati quam dat his qui per fœmininum sexum nobis cognatione iuncti sunt & his qui per capitis deminutionem ius legitimum amiserunt & alijs quibusdam veluti dato in adoptionem & translato in potestatem adoptatoris. nam & huic datur mortuo patre naturali bon. possessio Vnde cognati. Sexta autem omnium bon. possessionum & quarta ab intestato est Vnde vir & vxor. nam siue vir prior decesserit siue vxor & nullos supradictorum existat qui vocetur ad bon. possessionem, prætor vocat virum ad bona vxoris & vxorem ad bona viri. Post hanc bon. possessionem, prætor proposuit extraordinatiam, quæ dicitur, vt quibus ex legibus, sobseruentem legibus aut S. C. aut Constitutionibus nouo quodam iure vocanti-

bus aliquos ad successionem defuncti ex testamento vel ab intestato, quales fient forte filij naturales aut mater in bona* naturales. Ideo autem extraordinaria dicitur, quod certam sedem certumve ordinem & firmum non seruet sed vtrique generi successionis accommodetur & locum habeat tam ex testamento quam ab intestato. Post Vnde † iure bon. possessionem, subiunxit prætor, In his autem omnibus bon. possessionibus si inciderit persona postumi, nato quidem dabo competentem bon. possessionem, quamdiu autem erit in vtero, mittam eum in possessionem, quæ dicitur Ventris nomine. Hoc autem caput his conuenit bon. possessionibus in quibus de persona postumi tractari potest. nam in bo. possessione Vnde vir & vxor non procedit & ineptum esset hoc dicere. nec enim possis dicere vel vxorem postumam viri vel virum postumum esse vxoris. Hac igitur relinquentes, a bon. possessione Vnde cognati capiamus exordium & ostendamus vt in eam cadere possit persona postumi. Pone, Mæuius decessit relicta vxore prægnante, post decessit auunculus Mæuij, ac deinde natus postumus petit auunculi magni bon. possessionem ex parte Vnde cognati, nondum vero natus mittitur in possessionem Ventris nomine. Idem euenire potest in bon. possessione Vnde legitimi. finge, Pater mortuus est relicto filio & vxore prægnante, deinde mortuus est filius. non est ambiguum vocari postumum vt agnatum ad bona defuncti fratris, ideoque natum petere bon. possessionem Vnde legitimi, nondum natum mitti in possessionem Ventris nomine. Idem pone in bon. possessione Vnde liberi: & patre mortuo relicta vxore prægnante, postumum vocat ad bona patris, nato data bon. possessione Vnde liberi, nondum nato misso in possessionem Ventris nomine. Et hæc quidem de postumis vocatis ab intestato. Sed & ad eundem modum si quis postumum suum heredem instituerit, proculdubio nato dabitur bon. possessio secundum tabulas, nondum natus mittetur in possessionem Ventris nomine. Præterea sciendum est, Orficianum S. C. soli filio dare ius legitimum in hereditate materna, Constitutiones autem etiam nepoti & nepti idem ius dare in successione auiæ, vt didicisti 4. tit. 3. lib. Instit. non etiam pronepoti. Omittamus enim quæ postea nouæ Constitutiones introduxerunt. & his cognitis, veniamus ad rem. Tribus hoc loco propositis quæstionibus, An suus postumus, an agnatus postumus, an cognatus postumus possit agere de inofficioso, primam adsumamus de suo postumo, an postumus suus possit agere de inofficioso? & videamus an in eo tria concurrant quæ in eis esse oportet qui acturi sunt de inofficioso, an possit ab intestato succedere. & inueniemus posse. nemo enim filio suo præfertur, & iniustum omnino est odium erga postumum? quid enim fecit aut dixit quod homini mœrorem adferre possit? & quod est tertium, nulla lex eum prohibet heredem scribi. nec enim est improbus, intestabilis. & suo nullus est quem æquius nobis heredem scribamus. vnde sequitur sine controuersia eum agere de inofficioso testamento posse. Dicamus & de legitimo postumo, an is possit agere de inofficioso. Sit autem legitimus postumus vt in hac specie, Pater meus decessit relicta vxore prægnante, & nondum partum enixa matre contigit etiam me vita decedere. qui ex ea nascitur, mihi est legitimus postumus, in quo videamus an & illa tria concurrant, an sit capax successionis ab intestato. & est sane capax nullo existente testamento; nullus enim eo mihi proximior est, & iniustum plane est odium postumi. Tertium quoque facilius in eo quisque concedat. Si de cognatis quæ prodita sunt inquiras, commune etiam eis hunc inuenies esse tractatum, an cognatus postumus possit agere de inofficioso. Cognatum autem esse postumum qui agere possit de inofficioso, contingit si pro auia mortuo iam filio & nepote suo decesserit relicto pronepote in vtero pronurus, i. vxoris ipsius nepotis. nam pronepos proauiæ cognatus postumus est. Omittamus, vt supra dictum est, nouas Constitutiones quæ nunc locum obtinent. Et si quæratur an de testamento proauiæ inofficioso agere possit. videamus an sit capax successionis ab intestato, an sit iniustum odium, an lege prohibeatur testamento heres institui. & manifestum est capacem eum esse, & iniustum odium. sed neque vlla lege prohiberi quominus ex testamento hereditatem capiat. Verum hinc oritur quæstio in legitimo & cognato postumo, cuius tibi ante spem feci, numquid imputent defuncto quod testamentum fecerit cum ipsi ab intestato in eius bona vocarentur. sed iudex numquam admittet interdicentes defuncto testamenti factionem quam ei lex dedit. Vel si hoc non imputant, sed queruntur tantum quod ab eo heredes scripti non sint, videamus an lex aliqua prohibuerit eos heredes scribi. Et constat heredes scriptos mitti in possessionem Ventris nomine ex capite quo postumi personæ interueniente mitti eum placet in possessionem ventris nomine, & nato dari bon. possessionem secundum tabulas. Quod si prætor nondum natum mittit in possessionem ventris nomine, & nato dat bon. possessionem secundum tabulas, merito ei quoque permittenda est actio de inofficioso testamento. Et, vt breue faciam, postumus suus & legitimus & cognatus agere potest de inofficioso, videlicet si tempore mortis testatoris in vtero fuerit. Additur huic etiam extractus. & extractus dicitur qui in puerperij medijs doloribus dum his obniti nequit mortua matre palpitans adhuc in vtero postea manu obstetricum execto mortuæ vtero extractus est. nam & hic & si naturaliter editus non sit potest queri de inofficioso testamento matris, imputans ei quod se non scripserit heredem cum id ei liceret per leges & maxime cum non haberet iustam causam illum auersandi &

† Forte, Vnde vir & vxore.

silentio prætermittendi, & sit is quoque conditionis eius vt matri ab intestato succedere possit. CYRILLI. Postumus agit de inofficioso testamento eorum quibus suus aut legitimus aut cognatus heres fieri potuit. imputat enim eis quod se heredem non scripserint. potuit enim sctiptus heres mitti iu possessionem ventris nomine & natus babere bon. possessionem secundum tabulas.

i Diximus in eo quia acturus est de inofficioso, ttia desiderari, vt possir ab intestato succedere, vt iniustum in eum odium suscepetit testatot, vt sit cum eo testamenti factio. Quid igitur si is qui non potuit defuncto ab intestato succedere egetir de inofficioso, & nemine eum summonente forte per obteptionem vicerit & iofirmarit (sic enim ponendum) totum testameotum. Er Vlpiaous ait, ita rescisso testamento non ipsum qui egit venire in bona defuncti, sed cognatos qui ad intestati successiooem vocantur. Rescisso enim toto testamento querela inofficiosi locum facit venienribus ab intestato. his igitur oon sibi, is qui egit, talem victoriam comparauit.

k *Adnotatio*, siue παραγραφή. Nota posse aliquem per obreptionem agere de inofficioso & rescindere testamentum. quin & ipsi quandoque proficere victoriam, si ex parte resciderit testamentum & præcedeotes eum personæ per exhetedationem exclusæ sint, vt 25. dig. aliquando verò præcedentibus eum personis victoriam proficere, vt est scriptum boc loco, quod omnino ita accipi debet, si non ex parte, sed insolidum resciderit testamentum. nam si ex parte tantum, & supersit exhetedatus filius, sibi ipsi potius victoria prodest, vt dig. 25.

l Sciendum est, quod si absente herede scripto contra testamentum pronuntiatum sit, quanrum ad institutionem solam attiner non ipso iure testamentum rescindi nec quantum ad libertates & legata, vt Paulus scribit in fine dig 17. Nota & ex Domini nouella Constitutione iodistincte siue absente siue præsente herede scripto iudicatum sit pro parte institutioois tautummodo rescindi testamentum non factum secundum eius obseruationem.

m Expositis his qui agere possunt, querela inofficiosi testameoti, videamus modò an transmitti possit. Et post litem contestatam transmitti, manifestum est & hoc quasi certissimum prætermisit Vlpianus. Quid si is qui agere potest de iooffecioso decesserit anre litem contestatam? an heredes eius eam exereere possunt? Audi igitur ὡς ἐν διαίρα, & sic disce decisionem quæstionis huius. Oportet volenrem agere de inofficioso si non sit suus, prius adite aut petere bon. possessionem, & sic agere hereditatis petitione. qui enim possit agere petitione hereditatis non præparata sibi prius lite hereditatis vel ex iure ciuili vel ex prætoria iurisdictione? verum quia alio herede scripto & rato adhuc manente testamento oon potest alius adite aut cum re petere bon. possessionem, idcirco permisit ei petere boo. possessionem oon quidem exactam & veram neqoe vt poriatur possessione terum, sed vt quodammodo videatur speciem successoris obtinere. & ita patet ei aditus ad litem hereditatis siue inofficiosi testamenti, vt ob id recte dicatur hæc bonotum possessio litis ordinandæ gratia, scilicet vt lis otdinem aliquem accipiat. Hoc cognito, disce quemadmodum supetior quæstio definienda sit, & obserua quod ait Papiniaous cui adstipulantur etiam rescripta principum. Air igitur eum qui moritur post periram bon. possessionem litis ordinandæ gratia etiam si nondum lirem cootestatus sit transmittere querelam in heredes. Si vero noudum petierit bon. possessionem litis ordinaodæ gratia sed conttouersiam cœperit facere heredibus scriptis cum eis de heteditate contendens vel si hoc quidem non feterit sed vsus sit præparatione se compatans ad controuersiam, forte aduocatos iostruendo, vel si cum venit ad mouendam inofficiosi querelam decessit, nihilominus querelam tansmittit in heredes.

n Litis ordinaodæ gratia bon. possessionem dicit. quia enim non potest cunfestim venire ab intestaro iusto restameoto existente, neque conrra tabulas bon. possessiouem petere cum exhetedatus sit, (soli enim præterito filio dat prætor bon. possessionem contra tabulas) atque adeo etiam non potest vr heres vel bonorum possessor agete petitione hereditatis. debet petete bon. possessionem litis ordinandæ gratia vel etiam adire aut pro herede gerere fictitiè, & hodie certe nuda voluntate, videlicet actis interuenientibus potest ostendere quocunque modo se habere animum amplectendæ hereditaris, intra constituta tempora. sic enim pro eo habetur ac si bon. possessionem perijsset & obtinuisset, vt didicisti in fine ix. tit. iii. lib. Instit.

o Præcedenti digesto docuit etiam eum qui præparatione vsus est querelam transmittere in heredes. Quid vero faciendo præparatione videtur vsus? hoc Paulus docet latius in hoc loco. Et si quidem, inquit, defuncto est filius suus, is qui vult per querelam inofficiosi testamenti rescindere testamentum patris, neque ei adire hereditarem oecesse est, neque bon. possessiooem petere. habet enim ius ἀναφάνσεως, id est ipso iute heres existit. quamobtem non aliter potest querelam ttansmittere in heredes quàm si comminatus sit heredi scripto se acturum iudicio de inofficioso. Sed & si vsque ad denuntiationem vel libellum processerit, puta sit vsus sit denunciatione aduersus beredem scriptum vel libellum dederit præsidi * prouinciæ, ttansmittit querelam ad heredes. hoc enim de denuntiatione & lihello rescripsit Diuus

Pius. Er hæc quidem si filius erat suus. i. in potestare restatoris. Quod si non erat in eius potestare, non alirer potest actionem de inofficioso transmittere in heredem nisi quid eorum fecerir quæ prædicta sunt superiore digesto anrequam vita decederet, vel perita bon. possessione liris ordinandæ gratia vel ad eam perendam adiro magistratu vel cœpta controuersia, quo modo præparasse se intelligitur ad mouendam inofficiosi querelam. Et, vr summatim rem expediam, is qui est in potestate etiam si postea quam comminatus est se acturum de inofficioso decesserir, transmittir querelam in heredes. is vero qui non est in potestate morientis non aliter transmittir querelam quàm si antequam decederet ea impleuerir quæ superiore digesto exposita sunt. Lege digesti adnotationem.

p Hoc enim tantum in eo qui suus est exigitur vt se pro herede gerat. nam etsi illico appareat & heres existar suus, tamen non idem potest hæc sui heredis existentia quod agnitio bon. possessionis litis ordinandæ gratia, & ideo nec aliter potest querelam transmittere in heredes quàm si ea se acturum comminarus sit, vr ex comminatione appareat hoc illum habuisse propositum, agere querela inofficiosi testamenti. nam & exheredati suus heres si post mortem eius velit agere querela & exigatur a iudicibus vt probet ea fecisse patrem ex quibus conueniat, querelam in heredem transmitti, & dicat etiam si nihil eorum fecerit pater licere sibi agere querela, quod cum defuncto suus heres parer extirisset statim post mortem aui super fluum existimauerit petere bo. possessionem liris ordinandæ gratia, non est hoc idoneum indicium voluntatis paternæ ideoque ne hoc vtatur iudicio proferens solam ἀνάφαιτον siue existentiam quæ non proficiscitur vti oportet ex eius voluntate sed ex necessitate legis, exigimus omnino vt heres filij exheredati proferat comminationem vel denuntiationem vel libellum ex quo appareat exheredatum habuisse animum instituendæ querelæ.

q Hoc ita procedit si is cui competit querela decesserit suo non extraneo herede relicto. tunc enim etiam citra præparationem querelam transmittir in filium heredem suum, vt ostenditur lib. 3. Cod. tit. 28. Const. 36.

V L P. Pater [a] nomine filij inuito [b] filio non [c] agit querela inoffi- 8.
ciosi testamenti· Etiam si filius lite præparata decesserit, pater eam quæ filio competebat non [d] intendit querelam inofficiosi testamenti. Si quis [e] post litis contestationem [f] litem deseruerit, non potest agere. Etiam principe herede scripto, agitur querela inofficiosi testamenti. Et contra testamentum patrisfamilias [g] veterani & si ea sola habeat quæ in castris adquisiuit. Si testator in militia decesserit, intra annum, [h] quia militariter valet, cessat querela contra testamentum. Mater [i] non potest agere contra pupillarem substitutionem, quoniam pater eam fecit, neque frater patris (filij [k] enim testamentum est) neque frater impuberis nisi [l] contra principale testamentum egerit. & si vicerit pupillaris substitutio non valet nisi testamentum patris ex parte resciderit; tunc enim valet. Recte [m] testator qui donauit suo filio mortis causa trientem [n] eius quod ei ab intestato competeret. Impubes [o] non potest agere querela contra testamentum ob id quod ei facta sit substitutio pupillaris. tunc enim quod ab intestato filio relinquitur, excludit querelam. Qui [p] non agit, [q] minuit partem eius qui agit, vt si sint duo filij, is qui agit solus non assem sed semissem petit. Et si sint nepotes, petunt [r] ratam portionem parentum suorum. Trientem [s] dicimus eorum quæ supersunt deducto ære alieno & deductis sumptibus funerum & libertatibus. nam & in Falcidia deducuntur libertates. [t] Si vero quis seruos tantum habens in bonis, eos testamento manumiserit, filio suo herede scripto, cessat querela, [u] filius autem emancipatus si heres scriptus sit, repudiat hereditatem, & si habeat [x] substitutum, agit in eum querela inofficiosi testamenti,

vel si non habeat, ipse ab intestato possidet hereditatem, nec incidit ʒ in edictum. Si ante litem ⁊ contestatam ceperit quis a defuncto relicta sibi conditionis implendæ gratia, non agit querela. quia agnouit iudicium defuncti. Si heres scriptus rogatus sit post tempus restituere hereditatem, non agit querela contra testamentum, cum ex fructibus medij temporis potest implere portionem legitimam & eius fructus [a]. fructus [b] enim in Falcidiam imputantur. Qui dicit [c] irritum testamentum, atque etiam vult agere querela, in arbitrio eius est vtro volet iudicio agere priore. Si exheredatus possideat hereditatem, & aduersus eum agat heres scriptus, opponit querelam contra testamentum, & sic res procedit & obseruatur ac si ab initio ipse mouisset querelam. Qui egit querela inofficiosi testamenti, & victus est, cadit eo quod ei testamento relictum est ⁊. publicatur enim [d]. Si vero moriatur aut desistat ante sententiam, vel absens victus sit, vel relictum rogatus sit alij restituere, eo non cadit. lucro enim proprio tantum cadit. Vnde si scriptus heres & rogatus restituere agat querela & non obtineat, amittit quod iure Falcidiæ ad eum peruenire potuit. Si quis [e] impuberem qui contra testamentum eius querelam habere potest, adrogauerit, cessat querela. quia ex bonis eius impubes habet trientem ex Constitutione. Quod si egit & non obtinuit, trientem [e] vt æs alienum capit.

10. MARC. Si pars iudicum pro testamento, pars contra testamentum sententiam dederit, pars ea obtinet quæ pro testamento iudicauit, nisi aperte ostendatur pro herede scripto iniquè iudicasse. Qui accepit legatum non agit querela inofficiosi, nisi accepit vt alij restitueret [f].

a Vt si mater decesserit extraneo herede scripto & filio præterito qui est in potestate patris.

b Volente enim filio pater nomine eius potest agere de inofficioso. & nota propter id quod indistinctè proponitur in dig. 22. huius tit.

c Additur in latiori contextu, filij enim iniuria est. & ait Stephanus, Præteritio filij iniuria est ipsius filij quam ei fecit mater, quæ non pertingit ad patrem.

d Non pugnat quod dicitur in præcedenti digesto, filiumf. competentem sibi bon. possessionem transmittere in heredem suum. nec enim idem hoc loco dici potest, patrem vt filij sui heredem de inofficioso agere posse. quia pater nec in castrense peculium filij succedit iure hereditario sed iure peculij, vt præter alios complures locos ex quibus hoc colligi potest, Paulus demonstrat lib. 35. tit. 8. apertius vero demonstratur lib. 12. Codicis tit. 36. Const. 5. Nec rursus dicere potest pater se agere querela quasi peculiari actione. Bonorum enim possessio quam filiusf. petijt non est cum re, sed litis ordinandæ gratia. quod autem non existit, non computatur in peculium &, ideo nec quasi adquisita sibi ea agere pater potest. quoniam quod non potest in peculio esse ob id ipsum quia non extat, neque adquiri potest.

e Si quis competente sibi querela inofficiosi testamenti petierit bon. possessionem litis ordinandæ gratia, eaque petita renunciauerit querelæ vel deseruerit querelam, deinde non potest pœnitentia actus eam intendere. Imitatur enim actionem iniuriarum quæ dissimulatione vel renuntiatione aboletur.

f Cyrillus, post bon. possessionem. litis ordinandæ gratia. Anonymus post ordinationem.

g Nam si filiusf. erat & testatus sit de castrensi peculio, non subijcitur testamentum querelæ de inofficioso, vt ostenditur lib. 3. Codicis & tit. 28. Constit. vltima. His enim qui possunt de castrensi vel quasi castrensi peculio testari, hoc priuilegium datur, ne subijciantur eorum testamenta querelæ de inofficioso quæ fecerint de castrensi vel quasi castrensi peculio. quod idem dici non potest in patrefamilias, in quem peculij, vel quasi castrensis peculij

appellatio non cadit, vt eadem Constitutio ait. Pone igitur communi iure testatum veteranum patremf. Nam si in militia testatus sit, & emeritis stipendijs militia dimissus decesserit intra annum post missionem, non agitur de inofficioso. Hoc vero dicitur in persona veterani, quia contra testamentum militis, siue sit militare, siue factum iure communi, non agitur de inofficioso, nec si liberi sint qui ea agere velint, vt ostenditur lib. 3. Codicis tit. 58. Const. 9. Vlpianus etiam ait in 27. dig. huius tit. nec militem posse agere de inofficioso testamento militis.

h Nam si post annum missionis decesserit, ab initio nullum intelligebatur esse testamentum militari non communi iure factum, & superflua erat querela inofficiosi.

h Nam post annum missionis intra annum iure militari testamentum valet. Dixi & iam ante contra testamentum militis, siue militari siue communi iure factum sit, non agi querela.

i Hinc Vlpianus de pupillari substitutione an querela agi possit. Pater moriens filio impuberi pupillariter substituit. Verum post mortem patris mortuo quoque filio impubere & locum habente substitutione pupillari, mater vult agere de inofficioso, dicens se ideo agere velle quòd non sit heres instituta. Et Papinianus ait non recte eam agere de inofficioso contra testamentum pupillare, quoniam id non pupillus ipse fecit sed pupilli pater. Iudicio enim patris facta est substitutio pupillaris. non potest autem pupilli mater queri de iudicio patris siue mariti sui. & merito igitur de inofficioso non agit contra substitutionem pupillarem. Sed neque patruus. nam & si queratur de iudicio fratris, hoc est patris pupilli, tamen pupillarem substitutionem tentat euertere. quod patruus efficere non potest, atque ita rescindere quod existimatur esse testamentum filij fratris. Solus enim frater de inofficioso agit. hic autem est patruus pupilli non frater. Quid dico fratrem agere? Est certe persona fratris ex his qui de inofficioso principali testamento agere possunt, nempe filius testatoris, atque etiam de pupillari substitutione quasi testamento fratris. Ergo pulcherrima Vlpianus vtitur distinctione hac in re & ait. Si non egerit aduersus principale testamentum, non potest agere aduersus pupillare. Cur enim proximioribus relictis, ad vlteriores transit? Si verò egerit querela contra principale testamentum & obtinuerit, rescisso toto testamento, nec pupillaris substitutio valet, vt planè superuacuum sit agere contra pupillare testamentum, quia in totum extincto principali testamento, etiam extinguitur pupillare. Quod si pupilli frater ex parte non in totum resciderit principale testamentum, puta in eo herede scripto pupillo ex parte, quoniam & pro parte principali, testamenti salua manent iura pupillaris, damus hoc casu ei potestatem agendi contra pupillare testamentum, videlicet turpi persona herede scripta.

k Nam si queratur de iudicio fratris quod se non substituerit filio impuberi, eadem & hic obtinet ratio, vt alterius hereditatem non appetat qui de iudicio queritur alterius.

l Nam si non egerit contra paternum hoc est principale testamentum, nec contra pupillare acturus est. Cur enim proximiores relinquens, transit ad vlteriores? Si vero egerit & in totum resciderit principale testamentum, puta ipso quoque pupillo exheredato a patre, eique dato substituto (nam & exheredatis impuberibus filijs substituere licet) & repudiata querela inofficiosi testamenti, hoc casu non agit de inofficioso contra pupillarem substitutionem quæ non consistit rescisso principali. Quod si principale rescissum sit ex parte non in totum, puta pupillo solo herede scripto in testamento principali, vel adiecto coherede extraneo, valet substitutio pupillaris, & contra eam pupilli frater agere potest querela inofficiosi. Queritur enim vt filius de iudicio patris, & vt frater de pupillari testamento. & in totum quidem rescindit vt dictum est principale testamentum, si ambo exheredati sint & querantur de inofficioso testamento patris, Ex parte vero si filius impubes sit heres institutus ex asse vel ex parte, & frater eius pro parte egerit querela. CALOCYRI ducis. Copiose quidem & ad plenum proposita est species ἐν τῷ πλάτει, præter quam quod non admodum subtiliter in eo quod ponit solum pupillum heredem institutum. nam si & alius ponatur ei coheres adiectus, facilis est & simplex huius cap. sententia. multo verò facilior si quis ponat filium vtrumque exheredatum. Lege x. th. huius capitis.

m Προσθεώρησις. Si quis filio exheredato reliquerit quartam portionis debitæ ab intestato siue eam quæ hodie est legitima portio, in tuto est testamenti causa, nec locus est querelæ inofficiosi testamenti. Certum etiam est minori portione relicta, & ex piis Constitutionibus impleta portione legitima, non esse locum querelæ. Quartam autem relinqui oportet puram & liberam dilatione atque onere omni. Quid vero, vt ad rem propositam veniam, si quis filio mortis causa donauerit portionem legitimam. Et Vlpianus ait cessare querelam inofficiosi testamenti. Non ignoras legatis hodie comparari donationem causa mortis. Lege 25. dig. quod est de donatione inter viuos. Lege etiam Domini 115. Nouellam Constitutionem, quæ vult titulo institutionis legitimam portionem relinqui.

n Hoc intellige secundum ius quo vtimur, quoniam transformata hodie est portio legitima, & si quidem sint quatuor filij testatorem eis relinquere oportet trientem bonorum omnium, si sint quinque vel supra quinque, semissem, quemadmodum ait No. 12. ac rursus ex nouissima Constitutione filijs debet legitima portio relinqui iure institutionis, non

iure legari

Iure legati aut fideicommissi. hoc enim ita cauetur No. 114.

o Cyrilli. Non potest impubes ob id solum agere de inofficioso quod ei substituerit patet. Lege lib. 34. tit. 9. dig. 5. th. 7. Caloeyrs ducis. Pone patrem filium impuberem heredem instituisse. ex portione debita lege Falcidia, & ei substituisse. Et lex ait filium heredem scriptum non posse agere de inofficioso testamento patris. nam & si ei substituerit, non tamen adimit portionem legitimam, quandoquidem pubertate finitur substitutio. Vt autem species recte sit posita, discito ex cap. 55. huius tit. quod est 26. Const. 18. tit 3. lib. Codicis. Confert etiam ad hunc locum 7. th. 8. cap. huius tituli.

p Quoniam iam ante diximus legitimam portionem relictam filio, excludere querelam, illud inde quæri inspiciq; dignum est, an filius exheredatus qui non queritur, partem faciat fratri. hoc vero quid sit ostendam apertius. Quidam habens duos filios extraneum instituit heredem, filios exheredauit & vni filio reliquit octauam partem bonorum suorum, alteri nihil, hic vero filius cui nihil reliquit pater, tacet, nec repudiat tamen querelam, alter qui habet octauam partem ex voluntate testatoris vult etiam habere alteram octauam, dicens fratrem suum exheredatum & tacentem, pro mortuo haberi, & se solum superesse filium defuncti, ac consequenter deberi sibi integram portionem legitimam. Et hæc eo dicente & allegante, Papinianus ait partem ei facere fratrem qui tacet non repudiandi animo hoc est partem simul cum illo habere nec solum illum superesse videri qui modo insurgit nec debere ferre integram portionem legitimam. Partem vero facit fratri, adeo vt cum nihil sibi reliquerit testator & competat querela inofficiosi ad rescindendum testamentum, taceat vero ipse, & alter agat, ex parte tantum rescindatur testamentum. Sic igitur breuiter statuamus, Filium exheredatum etiam si taceat nec queratur, modò non hoc faciat repudiandi animo, partem facere videri his quibus pariter competit ius implendæ portionis legitimæ vel querela ad rescindendum testamentum. Lege 17. dig. huius tit. Hæc si filios testator exheredauerit in suo testamento. Quid vero si sint ex duobus filijs ante mortuis nepotes, puta ex vno vnus, ex alio duo vel tres, quantum his ex sua substantia relinquere debet vt excludat querelam. Hoc vero definiet ratio successionis ab intestato. & vtique hi successuri erant ab intestato in stirpes, hoc est κατὰ τὴν ῥίζαν, & vnus quidem ex vno filio nepos, semissem laturus erat, nati autem ex alio filio quotquot sint, alterum semissem. quia nepotes orti ex filijs diuersis, vt diximus, in stirpes succedunt. Igitur vni nepoti relicta sescuncia, alijs vero tribus altera sescuncia, quæ pars est quarta debitæ ab intestato portionis, in tutum testamentum redigitur.

q Nec specialiter repudiat querelam. aliuquin partem non facit, vt Paulus ait 17. dig.

r Nota legitimam portionem nos metiri secundum ius successionis ab intestato. Cum enim nepotes semper in stirpes succedant, & in stirpes legitimam portionem ferunt.

ſ Intelleximus ex his quæ supra dicta sunt quartam legitimæ portionis filio relictam, eum excludere querela. Verum quibus ex bonis relinquenda quarta est? Et ait Vlpianus ex eis bonis esse relinquendam quæ supersunt deducto ære alieno & funeris impensa. Sed an etiam libertates quartam minuant vel non minuant, videndum est. nam si cum filius testatoris ex asse heres institutus est, legatis exhausta hereditate, ideo non potest agere de inofficioso testamento, quoniam leges ei seruant Falcidiam, Falcidia autem non minuit libertates, sed e contrario minuitur ipsa ab illis, & in hac quæstione possim dicere deductis libertatibus ineundam esse rationem puræ substantiæ, & eius tantum quartam filio esse seruandam. Hæc cum ita se habeant & placeat libertates minuere quartam, obserua qualis sequatur species. Quidam habens tantum seruos in bonis, filium heredem scripsit & seruis directam libertatem reliquit. quæritur vnde satisfiat filio? & ait Vlpianus filium quidem suum esse destitutum omni auxilio, quoniam post mortem patris heres extitit, nec potest se abstinere hereditate & agere querela. nam & qui abstinuit se, ius heredis incorporale retinet & ex testamento heres esse intelligitur, vt nec possit agere de inofficioso. Et nota hac in re plus habere emancipatum quàm suum. nam si sit emancipatus & habeat substitutum, potest repudiato testamento, substituto loco cedere, ac tum in eum experiri querela inofficiosi, vel etiam repudiato testamento potest ab intestato possidere hereditatem citra metum pœnæ edictalis. is enim tantum incidit in edictum qui in fraudem aliorum repudiat testamentum & ab intestato possidet hereditatem non qui hoc facit fraudis euitandæ gratia.

t Nota specialiter in contextu expressum, Falcidiam non minuere libertates & deductis libertatibus reliquæ substantiæ quadrantem spectari.

u Nam filius suus quamuis abstinuerit se heres manet siue ius retinet incorporale, vt discere licet ex his quæ Vlpianus ex responsis Papiniani scribit tit. de minoribus dig. 6. & meritò quasi heres ex testamento non potest agere de inofficioso, & nota aliquando emancipatum plus habere quàm suum. nec objciatur quod ante a nobis dictum est, filium suum etiam non petentem bon. possessionem litis ordinandæ gratia recte agere de inofficioso, quoniam habet ius existentiæ incorporale. Ibi enim veluti iure intestati suus videtur habere ius existentiæ incorporale, hic vero specialiter heres scriptus, ex ipsa institutione testamento scripta videtur τὸ ἀσώματον siue ius heredis adquisijsse, & ideo non potest agere de inofficioso contra testamentum ex quo ius illud adquisiuit. Ibi soli legi gratiam debet quæ ab intestato ius illud detulit. Hic vero non

solum legi sed & testamento. & meritò contra id agere querela non potest ex quo adhuc ipso iure heres videtur esse.

x Nam & si libertates quas testator ab instituto reliquit præsumantur a substituto repetitæ, tamen contra eum mota querela inofficiosi vt contra alium quemlibet intra quinquennium infirmantur secundum ius quod olim obtinuit directæ libertates, vt Modestinus scribit in 9. dig. κῦ προ-λήψ.

y Hoc est non timet edicti pœnam * defuncti bona. Pœna autem edicti hæc est, vt perinde atque si adijsset ex testamento cogatur legata testamento relicta præstare, retenta scilicet Falcidia. cum enim ac si adijsset ex testamento teneatur, consequens est vt exemplo eius qui adijt Falcidiam retineat. & ita sapientissimus Gaius scribit lib. 29. Digestorum tit. 4. dig. 18. in fine. & si vis hæc nosse plenius, lege totum titulum. Idem vero ait etiam in 39. lib. tit. 2. dig. 22. τῶν ἐναντιοφανῶν. Atqui patronus reuocat libertates datas in fraudem suam, vt lib. 40. tit. 12. dig. 9.

z Προϑεώρησις. Personam esse oportet in quam agatur de inofficioso. & ideo ante aditam hereditatem actio de inofficioso nasci non potest. hoc cognito, veniamos ad rem propositam. Quidam exheredato filio suo extraneum instituit heredem his verbis, Ille mihi heres esto si filio meo dederit C. aureos. vel legatum alicui reliquit his verbis, Damnas esto heres mi Titio dare fundum illum, si filio meo dederit C. aureos. vel etiam libertatem reliquit his verbis, Stichus liber esto si filio meo dederit tot aureos. & videtur hoc dicere vt ex peculio seruus eam pecuniam det. Hæc vero omnia quæ sub hac conditione relinquuntur, mortis causa capiones appellantur. His ita conceptis, mortuo testatore oblata est filio exheredato supradicta pecuniæ summa conditionis implendæ gratia ab herede vel a legatario vel à seruo, eamque sciens quam ob causam numeraretur filius accepit. quo genere videtur subsequi & approbare iudicium testatoris, & seipsum excludit querela, siue ab herede siue a legatario siue ab statu libero acceperit oblata conditionis implendæ gratia. Fortasse dicet aliquis re inspecta subtiliter: Semel natam querelam contra testamentum post aditam hereditatem, non extingui ob ea quæ legatarij filio dederunt. idemque dicere possis de his quæ statu liber dedit. In herede vero cur absolutè dicimus non esse locum querelæ, quia neque adire heres potuit non datis his quæ conditionis implendæ gratia dari oporteret ac proinde non adeunte ipso ab initio, nec nasci potuit querela de inofficioso, & non debet nimia subtilitas præiudicare filio accipienti ab herede scripto conditionis implendæ gratia ante aditionem cum persona nondum vlla subsit, contra quam de inofficioso agi possit. Manifestum autem est postea nata querela de inofficioso adita hereditate, etiam si quis facile det, concedat nasci, cum ex iudicio defuncti iam inueniatur filius accepisse data conditionis implendæ gratia non esse ei dandam querelam, præterquam si his ita se habentibus, euentum magis spectemus, inquit Vlpianus in quæstione proposita vt si nondum moto iudicio de inofficioso ab aliquo supradictorum filius acceperit data conditionis implendæ gratia, satisfactum ei esse dicamus & excludamus querela, quoniam ex euentu quæ obueniunt ex iudicio defuncti, filios querela excludunt. CYRILLI. Si quid conditionis implendæ causa filio relinquatur ab herede vel legatario, & accipiatur, ab inofficiosi querela excluditur. Παραγραφή. Finge oblata conditionis implendæ gratia non implere legitimam portionem. Et dicas ipsum sibi filium hac in re præiudicasse si ea sciens acceperit, & neque de inofficioso querela agere posse ad rescindendum testamentum neque ad teplendam portionem legitimam fideicommissi persecutione. Quod autem dico neque de inofficioso querela eum agere posse ad rescindendum testamentum, secundum ius vetus dico, quo si minus portione legitima filio relictum sit, placet etiam agi posse de inofficioso ad rescindendum testamentum, nisi nominatim ita cauerit testator, Si quid deerit, id repleri volo arbitratu boni viri. Hæc cum ita sint, si ab initio sciens filius minus in eis quæ offerrentur esse, ea acceperit, sibi ipse præiudicauit, vt & hodie quamuis oporteat omnino iure institutionis legitimam portionem relinqui, si minus relictum sit idque sciens filius acceperit, præiudicium patiatur, nec possit qui non seruauit sibi rem integram quidquam agere de supplemento, siue acceperit ante aditionem siue post aditionem priusquam egisset de inofficioso.

z Nam si post litem contestatam, tunc iudex eum absoluit. Lege 27. & 28. dig. huius tit.

a Quoniam fructuosam heredi Falcidiam esse oportet.

b Hoc ita velim accipias si specialiter procedat dilatio ex iudicio defuncti adiecta die legatis. tunc enim fructus heredi in Falcidiam imputantur. tot enim videtur testator qui in diem legauit heredi reliquisse quot interim heres lucrari potest vel pecuniam legatam in diem, fœnori occupando vel ex agris aut ædibus in diem legatis fructus percipiendo, vt Gaius scribit 32. lib. Digestorum tit 2. dig. 71. in fine. Alioquin fructus medij temporis heredi Facidiam non minuunt, vt didicisti in Institutionibus & ex eodem libro & titulo addiscere licet. Hoc verò ita verum est nisi maturi fuerint fructus possessionum hereditariarum tempore mortis testatoris quos perceperit heres. quoniam hi hereditatem augent, quasi pretiosiorem facientes agrum. quod idem & de ancilla prægnante dici potest. nam & pretium ancillæ partus auget, auctore Paulo lib. 35. dig. 9. Quod ergo dicitur hoc loco constare, fructus imputari in Falcidiam, accipiendum id est secundum speciem propositam, si dilatio procedat ex iudicio testatoris. sic enim etiam ponitur heres post certum tempus rogatus alter hereditatem restituere.

c Non

c Non dicit, qui pnbat, sed qui dicit, scilicet veritate non ita se habente protsus. alioquin non daretur de inofficioso querela, primum quia non contra ruptum aut non iure factum, sed contra iustum testamentum datur, deinde quia subsidiaria est.

d Id fiscus ablatum vt indigno sibi vindicat. absurdum enim est frui iudicio defuncti eum qui totum iudicium defuncti euertere conatus est. Addit τὸ πλάτος id est integrior & vberior textus Digestorum, Si vsque ad sententiam in lite improba perseuerauit. Et ait Stephanus, Nota eum tantum qui calumniandi animo egit de inofficioso & perseuerauit vsque ad condemnationem reo succumbere.

e Προθεώρησις. Didicisti t. Institutionum, eum qui impuberem sui iuris adrogauit & emancipauit sine causa, ex constitutione D. Pij primum cogi restituere ea quæ per eum adquisiuit, deinde & quartam partem bonorum suorum & hoc posito, accipe quæ sequuntur, Quidam habens nepotem ex filia impuberem, cum esset sui iuris, eum adrogauit. Certum est nepotem ex filia etiam adrogatione vel emancipatione non interueniente posse agere de inofficioso. Sed quia quartam habet ex Constitutione D. Pij, Vlpianus ait conueniens esse vel ab initio non admitti eam ad querelam inofficiosi, vel si admissus non obtinuerit non offerri ei quartam vt indigno, sed concedi quasi æs alienum quod ei testator debuit ex Constitutione Diui Pij. Παραγραφὴ. Dixi iam in t. dig. huius tit. omnes descendentes etiam si per fœmininum sexum descendant, agere de inofficioso contra testamentum ascendentium. Nota vero & adoptiuos filios eadem actione vti aduersus testamentum patris adoptiui. & congruit huic sententiæ quod dicturi sumus hoc titulo in fine 29. dig.

e Triens debetur impuberi adrogato & sine causa exheredato.

f Forte cum esset tutor & competeret ei querela inofficiosi, perijt legatum ex testamento non sibi sed pupillo relictum. Et nota quod ait hoc loco eum qui quid accepit ex voluntate testatoris, non agere de inofficioso. Verum 8. dig. dicitur eum qui quid habuit ex iudicio defuncti, si egerit & non obtinuerit, cadere legato. Aliud igitur est hoc loco accipere legatum. Παραγραφὴ. Forte tutor cui testamento legatum relictum erat, egit de inofficioso nomine pupilli. quod intellige, vbi non sua sponte sed ex necessitate officij egit de inofficioso vel principalis litem contestatus est, secundum 30. dig. huius tit. nam si vt aduocatus vel procurator egit de inofficioso, quoniam non fuit coactus hanc suscipere aduocationem seu procurationem, amittit sibi relictum legatum, vt 32. dig. huius tit. Quod si pater nomine filij sui egerit de inofficioso contra testamentum matris filij, & non obtinuerit, non amittit legatum, vt Tryphoninus ait 22. dig. nam & hic vt pater cogente officio pietatis & affectu amoris erga filium, egit.

11. MODEST. Qui obtinuit [a] querela inofficiosi testamenti non reuocat donationes inter viuos neque dotes datas.

12. IDEM. Siue [b] legatum sibi siue filio [c] siue seruo suo proprio filius agnouerit, non agit querela, sicut nec si fraudulenter seruum suum heredem institutum manumiserit ante aditam hereditatem. Exheredatus [d] qui relictum ab statu libero petere cœpit, agnouit iudicium patris. Si qui [e] ademptum legatum petit, non obtineat, repetit [f] querelam contra testamentum. Si filius [g] defuncti & Petrus defuncto pecuniam debuerint, & legata Petro liberatione, ei sit accepto latum, etiam filius liberatur, nec tamen prohibetur agere querela inofficiosi testamenti.

15. PAPIN. Si quis post litem contestatam destiterit a querela, heredibus eius querela non competit. Filius [h] qui querelam contra testamentum aduersus duos heredes instituit, vnum vicit, ab altero victus est, habet in semissem familiæ erciscundæ iudicium, & ex parte agit & conuenitur nomine debitorum, & videtur testator pro parte intestatus decessisse. Prætermissum est 13. & 14. dig. & 15. tit. 1.

16. IDEM. Filio [i] vno qui pro rata parte egit, obtinuit, frater qui non egit vel qui non obtinuit non concurrit veluti ab intesta-

17. to. Qui [k] repudiantis animo non egit querela inofficiosi, fratri suo partem non facit qui vult agere querela. Si igitur obtinuerit & acce-

Prætermiſſum eſt 2. th. & 18. cap.

petit hereditatem vniuerſam, non poteſt alter veluti ab inteſtato cum eo concurrere. obſtat enim ei ſententia iudicis. Quædam [l] mulier habens duos filios, vnum ex quadrante heredem ſcripſit, alterum præteriuit, & extraneum ex dodrante. Præterito eſt tantum actio in extraneum [m] per quam ſemiſſem recipit, atque ita defuncta & ex teſtamento & ab inteſtato heredem habet. Concurrit enim cum eo qui agit frater qui heres ſcriptus [n] eſt & percipit reliquum quadrantem. Qui enim ex teſtamento adijt exiſtimans valere teſtamentum, non repudiat ſucceſſionem ab inteſtato quam ignorauit ſibi deferri, cum & hi qui ſciunt ius ſuum, id non amittant eligentes quod putant ſibi competere. quod in patrono [o] euenit. falſa enim opinione amplectens iudicium liberti, non videtur repudiare bon. poſſeſſionem contra tabulas. 19.

SCÆVOLA. Qui agit [p] querela inofficioſi etiam ſi negetur filius eſſe, non accipit bonorum poſſeſſionem. totiens enim competit quotiens ſi vere filius eſſet heres eſſet. & interim poſſidet & alitur & circa actiones præiudicium non patitur. Qui vero agit querela inofficioſi neque alitur neque exercet actionem vllam aliam quàm hereditatis petitionem. 20.

PAVLI. Cum de inofficioſo teſtamento litem conteſtatus eſſem, decipiens me heres [q] ſcriptus dixit ſe tacitè rogatum mihi reſtituere trientem bonorum atque ita effecit vt litem deſererem. poſſum iterum agere. Quod [r] quis ſciens indebitum ſoluit, non repetit. Hereditate [s] reſtituta per querelam inofficioſi, perinde integra omnia ſeruantur atque ſi adita hereditas non fuiſſet, & ſcripto heredi debiti ſui petitio competit & compenſatio. 21.

a προθεώρησις. Quemadmodum querela inofficioſi teſtamenti reſcindit teſtamenta, ita de ioofficioſis donatiooibus immodicas donationes, & de inofficioſis dotibus immodicas dotes. quo præmiſſo, aggrediamur ad rem propoſitam. Quidam habens duos filios mares, vnum ſuum alterum emancipatum, & filiam vnam, emancipato filio donauit inter viuos, pro filia dotem dedit, & morieos emancipatum & filiam heredes iuſtituit, ſuum exheredauit, & nihil prorſus ei reliquit, vt meritò poſt mortein patris agat de inofficioſo teſtamento. ſed quæritur ao reſciſſo reſtamenro, etiam infirmetur donatio a teſtatore facta filio emancipato qui ſuperatus eſt vel an partem dotis pro filia datæ vindicare qui vicit poſſit. Er Modeſtinus ait eriam ſi qui egit querela inofficioſi teſtamenti obtinuerit, non ideo tamen infirmari a teſtatore factam donationem inter viuos neque io dotem datorum partem vindicari.

b Nihil intereſt ad excludendam querelam legatum ſibi relictum filius exheredatus agoouerit an filio ſ. vel ſeruo ſuo relictum legatum petierit vel agnouerit. nam vtrubique ſi volet agere querela, præſcriptione ſubmouebitur. Plus dico, & ſi idem filius exheredatus ſeruum ſuum a patre heredem inſtitutom priuſquam iuſſu ſuo hereditarem adiret, manumiſerit, vt ille ſuo arbitrio non iuſſu ſuo adiret, poſtea eum a querela nihilominus repelli, modò ſi data opera & fraudulento conſilio hoc fecerit. pone cum extraneo quodam ſeruum ex parte heredem inſtiturum, & exheredatum filium dum optar habere voiuerſam teſtatoris hereditatem, manumiſiſſe ſeruum vt ſuo arbitrio adita hereditate nihil ſibi adquireret atque ideo tamquam nihil habens ex bonis teſtaroris vt ageret de inofficioſo.

c Pone filium fuiſſe in poteſtate eius qui agere poteſt de inofficioſo, propter 25. dig. Nec te offendat quod ponitur hoc loco patrem eius fuiſſe exheredatum. nam & ſi poſuero eum fuiſſe in poteſtate teſtatoris & vt ſuum heredem exheredatum, manifeſtum eſt eo morte patris ſui ioris effecto, filium in eius poteſtatem recidiſſe.

d Quidam moriens extraneum instituit heredem, filium exheredauit & seruo reliquit libertatem sub coodicione, si filio exheredato dederit aureos x. Vnde Modestious ait exheredatum filium qui ab statu libero x. aureos petere cœpit, videri agoouisse voluntatem sui patris, nec posse agere de inofficioso.

e Pooe patrem io testamento filio exheredato legatum reliquisse, & in codicillis ademisse.

f Nam & si agnosceodo legatum approbauerit testamentum, tamen pater qui legauit ac postea pœnitentia actus ademit legatum pro eo habetur ac si ab initio nihil legasset.

g Quidam filio emancipato & Titio communiter credidit pecuniam & stipulatus est ita vt essent duo rei promittendi. at moriens emancipati pater simul ac creditor extraneum instituit heredem, emancipatum exheredauit, liberationem Titio legauit cui emancipatus est conreus promittendi. Liberatione autem Titio legata & acceptilatione secuta, etiam liberatur filius emancipatus. Et Modestinus ait non tamen propterea eum summoueri ab actione inofficiosi. Τῶν ἐναντιοφανῶν. At quin legatarius est filius, vt lib. 34. tit. 4. dig. 3. nec debet qui debito liberatus est agere de inofficioso. Solutio. Sed hoc ita procedit si legatum filius amplectatur, hic verò legatum principaliter amplexus non est, sed liberatus est acceptilatione facta Petro.

h Qui habebat duos filios alterum cum extraneo heredem iostituit, alterum exheredauit, post exheredatus iostituta querela, diuersas iudicum sententias retulit, extraneum scilicet vicit a fratre victus est, & vt simplicius dicam pro parte rescidit testamentum. Et inde Papinianus ait eum pro parte agere aduersus debitores hereditarios & pro parte conueniri a creditoribos hereditarijs & res hereditarias pro parte vindicare in rem actione, & hereditatem diuidere. perspicuum enim est competere ei actionem familiæ ercîscondæ, quia constat ab intestato eum pro parte heredem esse; atque ita fit vt pars hereditatis remaneat io testamenro & ex eo vindicetur, altera verò ab intestato. nec mirum hoc est in querela ioofficiosi vt sit eidem ex testamento heres & ab intestato. Lege 1. th. seq. dig. 19. & 20. & 2. th. 25. dig.

i Quædam mulier babeos duos filios & filiam vnam, vnum heredem scripsit, altetum simul ac filiam silentio prætetiuit ita vt locus sit inofficiosi qoerelæ. Verum filius præteritus egit querela & pro parte infirmauit testamentum & accepit trieotem sibi debitum ab iotestato. Cum vero etiam filiam agere oporteret & ab herede scripto debitam ab intestato portiooem accipere, id quidem oon fecit, sed venit ad fratrem qui trientem acceperat, desiderans ex eo partem ferre, quòd quatenus tulit trientem mota querela inofficiosi testamenti, videatur communis mater intestata decessisse & debeat ex eo partem ferre. Et Papioianus ait non esse æquum eum qui iudicio forte congressus est & competeotem sibi ab intestato portiooem accepit, commuoem eam habere cum sorore quæ tacuit nec egit querela ioofficiosi, vel egit & non obtinoit.

k Quidam habens doos aut plures filios, eos sine causa exheredauit, extraneo herede scripto. Vnus ex filijs tacet noo simpliciter sed repudiantis animo, Ceteri voluot agere querela inofficiosi. Et Paulus ait eum qui repudiantis aoimo tacet non facere partem alijs qui querelam iostitoere voluot, sed si duo forte sint filij, & alter eorum repudiantis animo taceat oec queratur, eum qui egit totum rescindere testamentum atque alterom quoque qoi tacuit vocari ab intestato, & hac ratione eum qui vicit, quantum attinet ad summum ius oon recte viodicare hereditatem totam. Sed si obtinuerit & resciderit testameotum vti auctoritate rei iudicatæ quasi iudices honc solum filium esse existimauerint cum totum testamentum rescinderent, & ceteros qui silentium egerunt, mortuos.

l Προθεώρησις. Patronus a liberto sibi legato relicto, electionem habet, vt vel legatum accipiat vel bon. possessionem contra tabulas petat. & altero electo, ex pœnitentia ad aliud transire † potest. Hoc ita si te vera libertus ei legatom reliquit. oam si nibil reliquit & patronus existimans sibi relictum legatum, elegit legatom atque prætulit bon. possessioni contra tabolas, non amittit bon. possessionem sed postea errore comperto pœnitere & ad bon. possessiooem contra tab. transire potest. falsa enim opinio eligentis, competentem ei bon. possessionem non offert. Hoc cognito, vide qoid proponatur hoc loco. Qoædam habens duas filias, extraneum scripsit heredem ex dodrante, & vnam ex filiabos ex quadrante, alteram autem præteriuit. Post mortem matris filia præterita egit de inofficioso testamento matris & obtinuit. Quærit Paulus quemadmodum scriptæ filiæ succurrendum sit. Et ait præteritàm filiam eam solam partem debere vindicare quam intestata matre mortua habitura erat, hoc est semissem. Hoc cum respondisset Paulus in vsu obtinere, tentat velotiargumentando & ἐν ἐπιχειρήματι contrarium ex contraria ratione adstroere. namque ait præteritam filiam partem testamenti resciodentem solam habere hereditatem totam quasi ab herede scripto repudiata legitima successione. Et hæc cum veluti ἐν ἐπιχειρήματι tractasset Paulus rursus transit ad id quod in vsu obtinet, & primum ait non esse admittendam præteritam vt de inofficioso agat aduersus sororem, & totum testamentum rescindat,

† Videtur deesse negatio.

deinde heredem scriptam quæ semel adiuit ex testamento non esse similem ei quæ repudiauit legitimæ successioni, atque ideo a solo extranco præteritam debere auferre semissem totius hereditatis qui ad eam pertinet solam. Vnde apparet non in totum rescindi testamentum sed pro semisse tantum matrem intestatam fieri, licet iudex de inofficioso quasi furiosæ testamentum eius damnauerit. Agit igitur filia præterita pro parte & rescindit testamentum parte. nam & si quis opinetur ipsam quæ vicit totum testamentum videlicet per obrepoonem infirmasse, conueniens est vt heres scripta possit defunctæ adire hereditatem ab intestato, & ve filia præterita amplius semisse non habeat. nec enim scripta filia videtur repudiasse successionem ab intestato quam nec existimauit ad se pertinere in adeunda hereditate ex testamento. nec est mirum si quæ filia ex testamento hereditatem amplectitur, eam noo videtur repudiare ab intestato quam nescit ad se pertinere, cum & hi qui sciunt ius suum si eligant quod per errorem sibi deferri existimant non amittant quod ius sibi reuera competit. quod io patrono videre est. Patronus enim qui errat & porat sibi relictum legatum & falsa opinione motus legatum oon relictum quod ipse sibi relictum arbitratur ab initio eligit, non videtur repudiare bon. possessionem contra tabulas. Ex his apparet non recte totam hereditatem filiam præteritam vindicare, cum sicut dictum est etiam si dederit quis quod tamen oon est verum per eam totum testamentum rescindi, liceat scriptæ heredi ab intestato matris hereditatem adire.

m Neque enim heres scripta quæ adijt similis est filiæ exheredatæ repudianti querelam quæ habetur pro mortua, vt & insolidum agat præterita & testameotum rescindat.

n No. 115. solos vocat eos qoi veniunt ab intestato.

o Tractatur hoc non in patrono solum sed & alio casu, qui est in 21. dig. huius tit.

p Προσθεώρημα. Si pupillus de statu quæstionem sustineat, non dico proclamans ad libertatem neque tractus, in seruitutem sed quibusdam bona patris eius possidentibus & negantibus eum esse filium defuncti, olim quidem & in pupillari ætate quærebatur de statu, sed Carbo quidam prætor factus non permisit popillo vsque ad pubertatem hanc quæstionem pati & ab eo deinceps cœpit mota quæstio de statu differri vsqoe ad pubertatem, eique dari bon. possessio Carboniana siue suus diceretur defuncto esse siue Emancipatus. Et hac bon. possessione accepta, possidet medio tempore bona hereditaria & alitur ex eis & potest temporales mouere actiooes, factus autem pubes possessionem relinquit & agit causam status. certe enim absurdum erat hanc causam disceptari in ætate pupillari. hoc cognito, vide qood proponitur. Moriens quidam extraneum instituit heredem, & filium impuberem exheredauit, nullam habeos aduersus eum iustam irascendi causam. eoque peracto, decessit testator. heres vero mox iure aditionis bona defuncti detinere cœpit. pupillo iure meritoque competit querela inofficiosi, qoa iostituta heres scriptus oegat eum esse filium defuncti, ideoque vult pupillus petere boo. possessionem Carbonianam. Et Scæuola ait in querela inofficiosi oon habere locum Carbonianam bon. possessionem. Impubes enim, inquit, qui de inofficioso vult agere licet ab herede scripto negetur esse filius defuncti, Carbonianam bon. possessionem habere non potest. totiens enim hæc bon. possessio datur quotiens si vere filius esset defuncti qui hanc petit, mox esset nullo medio interueniente heres patris, vt medio tempore & possideat & alatur & oullum præiudicium patiatur circa actiones tempore perituras. Qui vero exheredatus est & vult agere de inofficioso neque hereditatiam actionem mouere potest (manet enim valida exheredatio vsque ad pubertatem intra quam oon potest de inofficioso agere propter incertum status eius) neque vllam aliam quàm hereditaos petitiooem, & hanc cum de statu eius non ambigitur, neque vero ad similitudinem aliorum ali debet ex rebus hereditarijs, ne sit melioris conditionis quàm foret si aduersarius confiteretur filium eum defuncti esse. nam si exheredatus quem certo constat filium esse defuncti instituta querela de inofficioso, hereditarias actiones exercere non potest neque ali ex rebus hereditarijs, quàm absurdum est horum quidquam habere eum de quo ambigitur an sit filius defuncti. *Adnotatio*. Carboniana bon. possessio locum habet cum quæritur de statu liberorum hominum, vt puta si quæ controuersia oriatur, impubes filius sit defuncti necne, noo etiam si quæratur liber sit an seruus, vel ingenuus an libertinus, ne quid obstet quod habetur libro singulari de tutelis tit. 5. dig. 17. verum lege ibi appositam adnotationem. Illud verò te scire oportet Carbonianam bon. possessionem non esse propriam bon. possessionem sed τῶν πρός τι, veluti Carbonianam Vnde liberi vel Carbonianam contra tabulas. CALOCYRI Ducis. Duo quæ concurrunt in hac specie vicia, exheredatio & Controuersia status, non patiuntur vt is petat bon. possessionem. Lege etiam rationes positas in Indice.

q Consultius enim heres sibi esse animo reputabat, trientem dare quàm totam hereditatem amittere.

r Pone accepisse datum fideicommissum.

s Secundus debuit Primo, & retro Primus debuit Secundo. Et conuentus Secundus potuit obijcere compensationem debiti. Verum moriens Secundus Primum heredem instituit & filium suum exheredauit, & post mortem eius Primus hereditatem adiuit. & manifestum est aditione factam confusionem eorum quę ipse debuit testatori & quæ vicissim testator ei debuit. Verum his ita impletis, postea filius defuncti egit de inofficioso & infirmauit testamentum. Et Paulus ait

infirmato testamento omnia restitui in integrum, proinde ac si ab initio non adiisset heres, & ideo heredi scripto integram esse debiti repetitionem & compensationem eius quod vicissim debetur.

22. Si pater [a] meus legatum accepit ex testamento matris meæ vel etiam hereditatem eius, non prohibeor etiam si in eius potestate sim agere querela inofficiosi. & pater meus nomine [b] meo agit: & si pro testamento pronunciatum sit, non publicantur quæ ei relicta sunt, sicut si filio defuncti heres extitero, & ex persona eius egero querela inofficiosi & non obtinuero, non amitto legatum quod pater eius reliquit mihi. & hoc si superstes defunctus litem contestatus [c] sit. Idemque est si egero nomine filij adrogati.

23. PAVLI. Filius exheredatus qui sciens emit vel conduxit ab herede scripto, vel aliud quid simile [d] fecit, vel qui soluit quod debuit patri, querelam amittit. Si duo [e] exheredati [f] simul agant querela contra testamentum, & vnus desistat vel tempore excludatur, pars eius adcrescit alij. Prætermissum est 1. th.

24. VLPIANI. Plerumque [g] circa querelam inofficiosi testamenti diuersæ sententię proferuntur, vt cum frater agit contra heredes scriptos diuersi iuris. & ita euenit vt defunctus heredem habeat ex testamento, & ab intestato. Etiam [h] si non mortis causa filio donatum sit sed inter viuos

25. eo animo vt in trientem computetur, cessat querela inofficiosi testamenti, & si quid deest trienti repletur si donata conferat. Si qui [i] non potest agere querela inofficiosi, agat contra vnum heredem & obtineat, quoniam ex parte valet testamentum, etiam hi qui eum qui obtinuit præcedunt, excluduntur, & cum effectu querelam instituit.

26. IDEM. Si heres scriptus sim sub conditione, si seruum meum manumitterem, & appareat iniustum esse testamentum vel rescindatur per querelam, manumissus præstat mihi pretium [k] sui capitis.

27. IDEM. Si post litis contestationem facta transactio sit, nec heres scriptus conuenta [l] seruet, rursus [m] agitur de inofficioso. Etiam contra testamentum eius instituo querelam qui me in testamento negauit [n] suum esse filium & tamen exheredauit. De inofficioso testamento militis nec miles agere potest. Si victus heres scriptus appellauerit, victori cogitur alimenta præbere si impubes sit vsque ad finem litis pro modo [o] eius quod ex hereditate habet. Contra testamentum matris [p] quæ existimans decessisse filium alium heredem scripsit, querela institui potest.

28. PAVLI. Mater si cum falso accepisset filium suum militem decessisse, alium heredem scripsit, filius vindicat hereditatem & legata ac libertates præstat [q].

29. VLPIA. Si suspicentur legatarij cum eo qui agit colludere [r] heredem scriptum, possunt adesse liti & appellare si contra testamentum pronunciatum sit. Etiam spurij [s] inofficiosum dicunt testamentum matris. Etiam si post litem contestatam de inofficioso transactio fa-

ĉta, ſit ratum teſtamentum manet, & libertates & legata [f] præſtantur admodum [u] legis Falcidię. Adoptatus [x] a muliere & præteritus non agit querela contra teſtamentum eius, quia mulier ſine iuſſu principis [y] non adoptat. Querela inofficioſi in ea prouincia intenditur in qua heredes ſcripti domicilium [z] habent.

MARC. Naturali patri [a] permiſſum eſt agere contra teſtamentum filij in adoptionem dati. Tutor qui pupilli nomine agit querela contra teſtamentum patris eius, vel qui id falſum dicit, nihil periclitatur in eo quod ſibi relictum eſt. 30.

PAVLI. Primo [b] gradu nolente aut nequeunte agere querela de inofficioſo, ſequenti locus eſt. Parente aut filio inſtituente querelam inofficioſi, nihil refert [c] quis ſit heres ſcriptus, alter filius an extraneus vel ciuitas. Si heres extitero ei qui heres extitit ex teſtamento patris mei, de quo queri volo quòd in eo exheredatus ſim, nihil mihi obſtat quominus agam querela, maxime ſi eam partem non poſſideam vel proprio meo iure eam poſſideam. Si vero legatum ei relictum ex eo teſtamento id cum mihi ab eo relictum eſſet agnouero, amitto querelam, vel ſi alio modo probauero iudicium patris mei, puta poſt mortem eius ſubſcribendo teſtamento, me adſentiri. 31.

IDEM. Si aduocationem [d] præbuero petenti legatum ex teſtamento vel quaſi procurator aut heres legatarij petiero legatum, amitto querelam. 32.

Lib. 37. Dig. tit. 5. dig. 3. VLPIANI. Et quæ mortis cauſa [e] donata ſunt parentibus & liberis vſque ad tertium gradum conſeruantur. His autem qui ex parentibus aut liberis non ſunt aufeтuntur. 33. 3.

IVLIANI. Plerumque [f] heredes ſcripti ideo repudiant quòd ſciant emancipatum hanc petere aut petiturum eſſe. 34. 4.

PAVLI. Si extraneum heredem inſtituero & cuidam legauero ſub conditione [g], ſi heredi dederit x aureos, petita bon. poſſeſſione contra tabulas, legatarius non dabit heredi x. aureos, ſed ei qui petiit [h] bon. poſſeſſionem contra tabulas huic & illi præſtanti legatum. Sed & ſi alij quàm heredi iuſſus ſit aureos date, filio non alij dabit. 35. 15.

VLPIANI. Etiamſi dolo extranei [i] heredis ſcripti res alicui legata perierit, tamen legatum præſtat qui petijt bon. poſſeſſionem contra tabulas. 36. 17.

MARC. Filio emancipato [k] agente iure bon. poſſeſſionis contra tabulas, legatarij omnino ſunt habituri legata. At ſi varie eis teſtator donauerit mortis cauſa, conferunt ad implendam emancipato contingentem portionem. quod euenit & cum legata eis reliquit. Inteſtato autem mortuo patre, filius non poteſt diſceptare de donationibus cauſa mortis. quia non comparantur legatis. 37. 18.

a Filius agit de inofficioſo aduerſus teſtamentum matris, licet in eo legatum relictum ſit patri eius, & ipſe etiam pater cui legatum relictum eſt agit de inofficioſo nomine filij, & ſi vincatur,

si vincatur non poblicatur legatom si ei cœpit qui agere de inofficioso testamento in quo mihi legarum relictum est heres extitero, tum litem pergero & succubueto, legatom noo amitto. Idemque est si eum qui cœperat litem de inofficioso in adoptionem accepero, & oomine eius litem executus fuero. Lege lib. 34. tit 9. dig. 5. th. 7.

b Voleute scilicet filio. nam inuito eo pater non potest agere de inofficioso, vt didicisti in 8. dig. huius tit.

c Quin & si filius litem contestatus non sit, beres eius de inofficioso agit; nam si exheredatus suus sit, & post comminationem factam heredi scripto, transmittit querelam. Ageos vero nec obtinens, amittit legatum. Aliud est in patte naturali & adoptiuo. nam ij si agaot & viocaotur, quia nomine filij egerunt, nihil amittunt.

d Puta permittant aliquid cum re hereditaria. Videtur enim agnoscere voluntatem testatoris.

e Pooe vnum ex filijs litem contestatum aote quam quinquennium exiret, altero autem cessante quinquennium exisse.

f Si duobus filijs exheredatis vnus post litis contestationem destiterit vel tempore exclusus sit, pars eius adcrescit alteri. Potest etiam poni neutrum egisse intra quinquennium, sed vnum cessasse, alterum absuisse Reip. causa vel qua ex alia causa & post quinquennium agete. nam ex magna & iusta causa etiam post quinquennium de inofficioso agitur. Illud verò nota quod tuoc demum exheredatus filius partem facit cum tacuit & potuit tamen si voluisset agere: non etiam vbi specialiter repudiauit querelam vel vita decessit vel tempore exclusus est.

g Sæpe euenit in iudicio de inofficioso in vna & eadem causa diuersas proferri sententias. Certe fratre agente querela contra testamentum & duobus heredibus scriptis, turpi vno, altero honesto, certum est solum institutionem turpis personæ rescindi, atque ita euenit vt testator pro parte intestatus videatur, pro patte testatus. Memineris 15. dig. in fi. & eorum quæ dicta sont in 16. & 19. dig. Et lege 1. th. seq. dig. Cyrilli. In actione de inofficioso euenit diuersas ferri sententias. quid eoim si tu frater qui agar, & ex heredibus scriptis alij sint turpes personæ, alij oon sint.

h Mortis causa dooatio omnimodo in legitimam imputatur, vt didicisti in 8. dig. huius tit. Quæres, quemadmodum fieri possit hodie vt mortis causa donatio vel inter viuos filium excludat querela, etiam si eo animo facta sit ab initio. Debet pater etiam si nihil aliud filio oon ingrato relinquat quàm portionem legitimam ex ea portione eum heredem instituere. & beres institutus si agnouerit hereditatem, potest vt iussus est imputare sibi in eam portionem ex qua heres institutus est omnia quæ si exheredatus esset imputaret secundum ius verus io portionem legitimam, maxime admissa hodie collatione ex testamento nisi eam vetuerit testator ex No. 18.

i Quidam babens duos filios & fratrem, scripsit sibi heres duos quosdam alios, turpem vnum, alterum honestum, & filios exheredauit, fratrem prætetiuit. atque ita condito testamento decessit & heredes adierunt. Certum est existentibus liberis qui possuot agere de inofficioso, repelli fratrem a querela. sed agit tamen electa heredis persona turpi, & per obreptionem obtinuit & rescidit testamentum pro parte. Et ait Vlpianus, quia ex parte testamentum valet, & præcedentes fratrem personæ hoc est filij qui nondum egerunt de inofficioso exclusi sunt per exheredationem, recte fratrem testatoris & eum effectu instituisse querelam videri videlicet victoria proficieote sibi & boc genus adferente locri. nec enim possunt exheredati vocari ab intestato, qoi vt dictum est propter exheredationem nondum querentur contenti iudicio defuncti, vt ne quid obstet quod dicitor 6. dig. vbi ponitor testamentum totum fuisse rescissum.

k Didicisti ex 9. dig. huios tit. in actione inofficiosi Modestinum xx. aureos statuere pro pretio serui manumissi. Quod vero dicitur hoc loco de pretio accipiendo a manumisso, accipiendum est secundum ius vetus. nam vt sæpius dixi, si filius exheredatus non probetur ingratus, sola institutio hodie rescinditur, legata & fideicommissa & libertates præstantur, & valet tutorum datio perinde ac si oulla pars testamenti recissa foret.

l Vt si non dedit quæ dari placuit vt a lite discederetur.

m Nota, nam sexta Coostitutio tit. 4. de transactionibus lib. 2. Cod. non dicit rursus agi querela, sed veniam dat non præstanti transactionis causa quæ præstari placuit. Vt ergo euitetur contrarietas, dicas tuoc consentuari actionem de inofficioso cum nec his actionibus coouentus heres scriptus quas Coostitutio dat, bonam fidem aguoscit. Vel quod magis est cum persona quæ transegit, repudiauit. sicenim in ea Coostitutione ponitur.

n Si testator dicat, ille qui non est filius meus exheres esto, potest filius probans se eius filium esse agere de inofficioso. Et nota nihil præiudicare filio testatorem qui io testamento negat eum sibi filium esse. quod inuenies etiam in libro siogulari de testamentis.

o Pro parte bonorum quam impubes instituta querela vindicat.

p Quod dubitationem facit, huiusmodi est quia oon potest ita testatæ color futoris objici, quæ ab initio sibi superesse filium non putauit. & tamen agitur de inofficioso.

q Illud adnotatu dignum est quod dicitur de libertatibus & legatis. nam cum de inofficioso agitur & testamentum rescinditur nihil ex eo testameoto valet. Hoc additur ἐν τῷ πλάτει. & ait Stephanus, Quinimo etiam si non sit actum querela nec sit mota controuersia, siue iogtatus fuerit miles siue non. & hæc est differentia inter hanc speciem & eam quæ præcedit, quod ibi

M

necesse est quæri hac de re, quia de inofficioso agitur, hic vero vna quæstione mota quòd proponatur miles præteritus, datur ei hereditas sub onere omnino præstandorum libertatum & legatorum, quod hodie potest dici etiam instituta querela de inofficioso ex No.114.

q Quasi dicat, ideo libertates valere & legata quòd non sit actum de inofficioso. nam cum de inofficioso agitur, etiam legata & libertates corruunt, secundum distinctionem 8. & 9. dig. & ius antiquum. Cur vero miles onetatur legatis relictis testamento matris? Quod in hac specie non agit miles de inofficioso ad rescindendum testamentum matris, hoc fauore eius introductum est. & si lædi sentiat se non instituta querela, ob onus præstandorum legatorum, licet ei secundum generalem regulam his quæ pro se introducta sunt renunciare, maximè alia dictante regula ea quæ pro aliquo introducta sunt, non debere quodam casu ei læsionem aut damnum adferre. Et hæc quidem locum habent secundum ius vetus. Hodie namque etiam per querelam inofficiosi, infirmato testamento, quantum ad institutionem solam heredis infirmatur, legata, fideicommissa & libertates præstantur.

r Cedentem certamini, nec setiò pro testamento contendere aduersus eum qui agit de inofficioso. Licet verò ipsis nihilominus si per sententiam infirmetur testamentum, appellare.

s τῶν ἐναντιοφανῶν. Nisi sit senatoria dignitate prædita quæ legitimos habeat liberos, vt 5. Const. 57. tit 5. lib. Cod.

t Legata & libertates præstat heres scriptus, vt didicisti in 3. dig. tit. de transactionibus τῶν πρώτων.

u Si non sint immensa & supra Falcidiam. & priusquam daret transactionis nomine debuit sibi Falcidiam seruare. nunc data transactionis nomine nullo modo potest legatarijs imputare. Memineris eorum quæ a me tradita sunt in 3. dig. de transactionibus τῶν πρώτων. Id vero κτ̀ τὸ ὄν. i. reapse etiam e contrario verum; at κτ̀ διάστολὴν. i. suadente contrario sensu, falsum est. etenim infirmato testamento libertates & legata præstantur ex No. 115. vt didicisti in dig. 8.

x Quædam mulier ex numero earum quæ non possunt adoptare (nec enim liberos amiserat vt a principe ei adoptio permitti posset) quendam vocauit filium adoptiuum & moriens eum præteriuit. Vlpianus ait quia sine iussu principis mulieri adoptare non permittitur, meritò nec de inofficioso testamento eius quam falso existimauit esse matrem adoptiuam agere eum posse.

y Hunc enim lib. 8. Cod. tit. 47. Const. 5. dicitur vicem obtinere naturalis & legitimi. idem & Inst. 1. tit. 11. Naturalis autem & legitimus filius agit querela contra testamentum matris, vt in hoc dig. & 19. Lege lib. 7. Cod. tit. 33. Const. 8.

z Atqui in rem actioni lex plura fora dedit & manifestum est petitionem hereditatis esse in rem actionem. Sed hic dum agitur petitione hereditatis de inofficioso, nondum propriè agitur in rem, quoniam adhuc testamentum valet.

a Quidam filium suum alij dedit in adoptionem translata in eum potestate, & morte patris adoptiui in quem fuit translata potestas filius factus sui iuris testamentum fecit. & Marcianus ait naturalem patrem posse arguere testamentum eius de inofficioso.

b Ex adnotationibus. Animum aduerte ad speciem indicis neque vllo modo eam prætereas. Lege lib. 34. tit. 9. dig. 5. th. 7. quod est de inofficioso. Nam si decesserit quis relicto filio & fratre, extraneo in testamento herede instituto, deinde filius qui prior admittebatur ad querelam noluerit agere vel non potuerit, forte ritè exheredatus, tum frater de inofficioso agere potest. Nota in querela inofficiosi esse successionem. quod & in 14. dig. tibi adsignificaui. Certum vero est ab eo qui est inferioris ordinis rescisso testamento, non venire ad legitimam successionem eum qui semel querelam repudiauit, vt didicisti ex his quæ Paulus retulit 17. dig.

c Hoc sic accipe, si liberi agant de inofficioso. nam pater filio herede scripto non potest agere de inofficioso, vt didicisti in fi. 14. dig. Neque vero existimabis extraneo herede scripto, fratrem de inofficioso sine vlla distinctione agere posse contra testamentum fratris, si quidem eorum meministi quæ tradidi tibi in 1. dig. vbi dixi filijs heredibus scriptis indistinctè fratrem excludi, extraneo autem scripto ita distinxi, vt honesta persona herede scripta non agat frater, turpi verò scripta agere possit.

d Nihil obstat quod Marcianus scribit in fi. 30. dig. nam ibi tutor idemque legatarius si nomine pupilli agat de inofficioso testamento patris pupilli, nihil ea res ei nocet circa fideicommissum quod ei relictum est. Hic vero aduocato & procuratori ea res nocet. & ratio differentię hæc, quod tutor fit inuitus; inuitus vero nemo aduocationem aut mandatum alterius suscipit. Memineris etiam eorum quæ dicta sunt a Tryphonino in 12. dig. *Adnotatio.* Si filius exheredatus tutelam gerat, & pupillo suo relictum legatum testamento patris sui perceperit, nullum sibi quod ad suam actionem attinet præiudicium fecit, vt didicisti in Instit. tit. de inoff. quod & in fine 10. dig. ostendi. & ratio est euidens. Nec enim vt tutor ex necessitate officij accipit legatum vel querelam intendit nomine pupilli, ita & aduocatus vel procurator. quoniam in eorum arbitrio fuit ab initio, nec præbere aduocationem nec suscipere mandatum. & hæc est differentia inter hoc & 10. dig. Memineris autem eorum quæ dicta sunt a Tryphonino in 21. dig.

e Quæ pertinent ad donationes causa mortis intellige secundum ea quæ dicta sunt dig. 20.

f Quid fiat scripto repudiante dedicisti initio 10. dig.

g Qui

g Qui impersoaliter iubet heredi dari conditionis implendæ gratia dat, vt lib. 40. tit. 7. dig. 8. & 22. & lib. 35. tit. 1. dig. 4.

h Stultum enim & absurdum esset eum qui petijt bon. possessiooem contra tabulas herede inferiorem esse, & heredem lucrari x. aureos.

i Si pater emancipato filio prætetito extraneum heredem instituat & ab eo legatum relinquat exceptis personis, & pereat res legata dolo heredis scripti post aditionem, emancipatus qui petijt bon. possessionem cootra tabulas id legatum præstare debet, quod & ipse heres scriptus præstaret si non esset exclosus per bon. possessiooem contra tabulas. quia prætori propositum est sine iniuria exceptarum personarum dare boo. possessionem contra tabulas. De periculo rerum legatarum lege lib. 35. tit. 2. dig. 30. & quæ in eo adnotata sunt.

k Cum filius emancipatos petit bon. possessionem contra tabulas, cooseruantur quidem excepti in his quæ habent ex iudicio testatoris. Sed si varias eis testator donatiooes fecerit mortis causa, conferunt omoino pro rata ad implendam emancipato contingentem portionem, sicut legatis aot parte hereditatis relicta excepo etiam conferunt emaocipato. Patre aotem mortoo intestato soper donaoionibus ab eo factis mortis causa filius eius queri non potest, quia ad comparationem legatorum veniunt mortis causa donaoiones in bon. possessiooem contra tabulas. Causa autem intestati non admittit tractatum de legatis. Hæc Dorotheus. Et ait Anonymus. At dantor fideicommissa. nulla autem est differentia inter legata & fideicommissa, vt dig. 1. lib. 32. Habes etiam alium casum quo donatio causa mortis non comparatur legatis lib. 34. tit. 9. dig. 5. th. 13. & alium lib. 29. tit. 6. in fine. Et socer non recte donat mortis causa norui vel genero, vt lib. 24. tit. 1. dig. 56. cui tamen non est incognitum recte eum legare. est igitur & hæc differentia vna inter legatum & mortis causa donationem.

38. 1. Cum [a] de inofficioso matris suæ testamento filius agere vult aduersus Lib. 3.
eum qui ex causa restitutionis hereditatem tenet, non est absurdum Codicis tit.
hoc ei præstari vt perinde teneatur [b] is cui restitutio competit, ac si vt 28.
prædo hereditatem possideret. Quamuis [c] de inofficioso testamento
39. 2. actum te, bonorum possessionem petijsse proponas, tamen scriptis
40. 3. heredibus auferri possessionem iniquum [d] est. Quædam [e] mulier
duos habens filios superstites, eos heredes instituit. Postea concepto
alio filio [f], in puerperio vita decessit. Pater editi pueri adijt Imperatorem & petijt vt sibi liceret agere querela inofficiosi testamenti nomine filij. Vnde ait Constitutio, Si edito filio naturaliter decesserit mater, filius tanquam inique exheredatus agit querela inofficiosi. Cum vero in puerperio [g] decesserit, ipse repentinus casus mortis matrem tuetur, vt non possit contra eius testamentum agi de inofficioso. At quoniam iniquum est hominem cui nihil imputari potest summoueri a materna substantia, ideo portio virilis a fratribus ei præstanda est perinde ac si hi tres heredes [h] scripti essent. Sin autem extranei a matre sint heredes scripti, tunc filius præteritus de inofficioso testamento querelam instituere potest. Si quis [i] post litem de inofficioso con-
41. testatam, vel etiam alio modo indicato proposito suo, decesserit, que-
42. relam transmittit in heredes. Cum quæritur [k] an filius possit agere de
inofficioso testamento patris, inspicitur triens substantiæ paternæ
43. 7. quam [l] ille moriens relinquit. Neptis [m] recte agit de inofficioso testa-
44. 10 mento aui, tametsi pater eius emancipatus [n] decesserit. Si testatori [o] vel heredibus eius fiscus heres extiterit, filij eius non prohibentur agere querela inofficiosi contra fiscum apud procuratorem fisci
45. 12. siue catholicum. Quidam habens filium & filiam & vxorem matrem eorum, filium ex semisse heredem instituit, filiam ex triente, vxorem ex reliquo sextante, & rogauit eum qui prior decederet in-

tra xxv. annos, vt partem suam superstiti restitueret, & vxorem suam
rogauit vt cum moreretur filiis suis restitueret partem suæ institutio-
nis. Post mortem eius filia iam pubes petijt sibi curatorem volens
agere de inofficioso testamento patris tamquam onerata in triente.
Triens enim portionis legitimæ est sextans. nunc vero rogata resti-
tuere partem institutionis suæ, retinet quidem trientem ex Pegasia-
no S. C. non tamen tantum quantum ei debetur, qui erat sextans.
quia retinet tantum vnciam vnam. Et ne dicas, At rogatus fuit resti-
tuere post xxv. annos & potuit ex fructibus implere residuum. nam
testator non dixit omnino post xxv. annos, sed, Si intra xxv.[o] annos.
fieri autem poterat vt ea post biduum decederet nullis fructibus per-
ceptis. Igitur Constitutio rescribens curatoribus laudat iudicium pa-
tris tanquam rationabile. & quia fieri poterat præmortuo fratre,
mortua etiam matre, vt fieret domina vniuersæ hereditatis paternæ,
ideo denegat ei querelam inofficiosi testamenti. nec enim, inquit
vllum aliud apparet onus ei imposuisse patrem quàm fideicommissi,
ex quo non omnino oneratur, sed aliquando longe maiora[p] lucratur.
Qui egit querela[q] inofficiosi nec obtinuit; postea recte accusat testa- 46.14.
mentum quasi falsum. & e contrario qui prius egit de falso, postea re-
cte agit querela inofficiosi. Filia præterita a matre, recte agit querela 47.15.
inofficiosi. Si maior[r] xxv. annorum, primum accusauerit testamen- 48.16.
tum patris quasi[s] non iure perfectum, & superatus querela inofficiosi
testamenti agat, non potest ei ratione temporis insumpti priore accu-
satione, opponi præscriptio quinquennij. nec enim[t] per negligen-
tiam distulit actionem, sed per occupationem prioris iudicij quo te-
stamentum dixit non iure perfectum. Mater recte agit de inofficioso 49.17
testamento filij.[u] etiam si in eo sororem suam heredem scripserit.
Non est[x] iusta exheredationis causa quòd filia noluerit a marito di- 50.18.
uertere. Filia pupilla[y] quæ voluntate matris nupsit & postea pœni- 51.20.
tente matre[z] ac volentente matrimonium distrahere ei non consen-
tit, non iure ab ea contumelia præteritionis adficitur, ideoque non
prohibetur agere querela. Fratris filij[&] non agunt querela contra te- 52.21.
stamentum θεῖαν hoc est patrui, auunculi, auitæ, materteræ. quia
nemo eorum qui ex aliquo[a] cognati sunt excepto fratre & sorore
querela inofficiosi agit. At testamentum falsum dicere[b] possunt. Iu- 53.23.
stam odij causam præbet erga filios quod testatò conuenta[c] matre
dixerint ei testamentum facere non licere.

Quædam mulier[d] iusta ex causa[e] maritum non diligens, neque 54.25.
volens ex suis bonis quidquam ad eum peruenire, filios suos scripsit
heredes sub conditione emancipationis. Et Constitutio ait, patrem
nondum emancipatis filiis non posse nomine eorum[f] petere bon.
possessionem. quia nondum extitit conditio. Sed neque filiorum
nomine agere querela inofficiosi. quia nulla iniuria adfecti sunt filij
sub ea conditione heredes instituti quæ eorum commodum spectat.

55. 26. Impuberi g filio ex quadrante h heredi scripto, pater potest facere substitutionem pupillarem. & non videtur eo diminui portio legitima.
56. 27. Fratres & sorores agunt de inofficioso testamento fratris, vel sororis. si heredes scripti sint infames vel turpes etiam si ex leuissima i infamia, vel liberti qui maximis beneficiis suum patronum remunerati k non sunt. at contra seruum necessarium heredem scriptum non agunt l.
57. 28. Cum Constitutio m extet quæ iubeat donationem ante nuptias datam pro filio perinde conferri ab eo ab intestato atque dotem pro filia datam, oportet & in trientem querelæ testamenti imputari donationem ante nuptias datam ab auo paterno aut materno vel ab auia similiter paterna aut materna, vel a proauo aut proauia paterna vel materna, pro nepte vel nepote. igitur non dotes tantum quæ ab his datæ sunt conferuntur & donationes propter nuptias, sed etiam in trientem querelæ contra testamentum imputantur, cum ex eius bonis sunt profecta contra cuius testamentum querela instituitur.
58. Quoniam in n prioribus Constitutionibus illud statuimus vt si quid minus legitima portione his relictum sit qui ex iure antiquo de inofficioso testamento actionem mouere possunt, hoc repleatur, ne occasione minoris quantitatis testamentum rescindatur, hoc in præsentia addendum esse censuimus vt si conditionibus quibusdam vel dilationibus o aut aliqua dispositione moram p vel q modum vel aliud grauamen introducente, eorum iura qui ad memoratam actionem vocantur minuta videantur, ipsa conditio vel alia dispositio moram vel quodcunque onus introducens tollatur r, & ita res procedat ac si nihil eorum testamento additum esset. Si quis vni ex liberis reliquerit
59. portionem legitimam, alter verò non confestim eam & sine cunctatione præstiterit s, non solum id quod relictum est, sed etiam aliam tertiam partem eius quod relictum est præstet, aliis omnibus quæ in testamento scripta sunt valituris. Nulla vero mater t odio mariti existimet se iustam habere causam exheredandorum liberorum siue infantes sint siue maioris ætatis, sed scribat eos heredes sub conditione emancipationis, vt nihil ex eorum institutione emolumenti
60. perueniat ad patrem. Si quis filium u exheredatum fecisset, nepotem ex eo natum vel adhuc in vtero constitutum præterijsset, & deliberante herede scripto filius decessisset neque contestata querela inofficiosi neque eorum quoquam perfecto quę ad præparationem x & transmissionem eius spectant, omni auxilio destitutus erat nepos secundum legem Velleiam nec in locum patris sui venire poterat, quia pater nepotis post mortem sui patris decessit. At Constitutio eadem iura huic nepoti largitur quæ filius habebat, & quamuis nihil eorum fecerit filius quæ ad transmittendam inofficiosi querelam proficiunt atque ita decesserit, tamen constituit eam esse transmissam in nepotem, & si non heres apertissimis y probationibus ostenderit ingratum patrem nepotis circa patrem suum, intestatum auum

facit & nepotem vocat nisi patri eius aliquid relictum sit etiam si minus sit portione legitima. tunc enim quod deest trienti, nepoti datur. Sed si pater eius adhuc superstes palam repudiauerit querelam vel quinquennij ?cursu exclusus sit, non est quo succurri nepoti possit. Si [a] 61. 35.
princeps alicui concesserit liberam testamenti factionem, nihil aliud ei concessit quàm vt secundum leges faceret testamentum. nec enim legum subtilitatem & destrictam obseruationem quæ in testamentis exigitur, verisimile est eum concessisse. Si quis vero a patre accepta re vel pecunia cauerit se non acturum querela inofficiosi, & post mortem patris cognita eius voluntate cum nihil aliud ei relictum esset non adquieuerit, sed voluerit agere querela inofficiosi, non oportet eum ab actione excludi propter cautionem supradictam. hoc enim & Papiniano placuit qui respondit, magis beneficijs filios a patribus esse prouocandos ad obsequia paterna quàm pactionibus constringendos. Hæc vero ita locum obtinent si cum heredibus patris filius non transegerit hoc aperte in transactione expresso [b], se agnouisse voluntatem patris. Quotiens pater minus legitima portione filio reliquit aut ei donauit superstes mortis causa vel inter viuos, vt ei in trientem imputaretur, si filius relictis contentus fuerit & patris heredibus cautionem fecerit qua se ea cauerit recepisse non adijciens nullam sibi superesse de repletione actionem, nullum inde sustinet præiudicium, sed recte petit repleri sibi residuum, nisi specialiter in apocha vel transactione cauerit sibi relicta sufficere & de residuo nullam habere actionem. Tunc enim omni exclusa querela cogitur adquiescere iudicio patris. Et habet hæc Constitutio locum non tantum in filio vel filia, sed etiam in omnibus his qui de inofficioso agere possunt. Si filius rem donatam sibi a patre inter viuos vel mortis causa 62. 36.
vel legatum sibi relictum in testamento agnouerit & susceperit, deinde ea res euincatur tota vel ex parte vel etiam per retentionem Falcidiæ minuatur legatum quod ei relictum est vel mortis causa donatio, debet ei suppleri reliquum vel præstitis aliis rebus vel pecuniis sicut si ab initio minus triente ei relictum esset. Quod si extrinsecus qualiscumque causa interueniat quæ filium oneret vel in quantitate vel in tempore. & hoc repleri filio purè & sine vllo onere. Repletionem autem fieri oportet ex ipsa substantia patris non si quid ex aliis causis filius luctatus est vel quibusdam substitutus datus vel quod ei vsusfructus adcreuerit, verum hæc luctari ipsum extrinsecus & ei repleri ex bonis quod ei deest. Si vero quis extraneo herede scripto, eum rogauerit filio suo restituere hereditatem cum morietur vel post x. annos forte, quia prioribus Constitutionibus cauetur purum trientem, confestim liberis restitui, & hoc casu cogitur expectare definitum tempus vel heredis mortem, ideo Constitutio iubet trientem, id est legitimam portionem iam nunc restitui filio non expectata morte heredis vel statuto tempore. Si quid verò amplius sit triente, id ita

restitui vt testator iussit. Sic enim eueniet vt filius iam nunc & purum habeat trientem secundum leges & Constitutiones, & heres sine controuersia vt habeat quæ supra trientem ei relicta sunt quoad vixerit vel quoad præterierit a testatore definitum tempus. Currit autem tempus querelæ inofficiosi testamenti non ex morte testatoris, sed ab aditione heredis. nam si in eadem prouincia sit, intra sex menses adire debet, sin autem in alia prouincia [c] degant hi qui volunt agere de inofficioso, & in alia heres, intra annum continuum a morte testatoris numerandum adire debet vel repudiare hereditatem. quod si intra supradicta tempora non adierit hereditatem, coget eum præses per officium, vt adeat. Et si interim, hoc est, post mortem testatoris, ante aditionem heredis filius decesserit, quamuis nullam querelæ præparationem fecerit, eam ad liberos suos transmittit, ad heredes autem extraneos non aliter quàm si fecerit quæ antiquis legibus comprehensa sunt & sufficiunt ad transmittendam querelam. Et anti-
63. 37. quis & huius tituli Constitutionibus cauetur, testamentum quod de militaribus rebus conditum est querelæ non subijci. Tribus autem modis peculium intelligitur. nam vel paganicum est vel ἰδιόκτητον vel quasi ἰδιόκτητον quod latini vocant castrense vel quasi castrense. Et licet etiam de quasi castrensi peculio secundum legitimam & subtilem obseruationem testamentum facere, veluti consulibus & præfectis & præsidibus prouinciarum & omnibus his qui in dignitate vel administratione aliqua positi sunt, & a principis manu vel a publicis præstationibus aliquid consequuntur. neque vero omnibus antiqui permiserunt testamenti factionem, sed quibusdam ex his ex priuilegio. & militibus vero & veteranis omnino testamentum facere licebat de militari peculio, militibus in expeditione degentibus quomodo vellent, veteranis iure communi. De aliis autem personis habentibus quasi castrense peculium, veluti aduocatis & chartarum custodibus & magisterianis & præceptoribus liberalium studiorum & archiatris & aliis omnibus qui annonas vel salaria siue παρεχὰς accipiunt de publico, hæc Constitutio omnibus his personis concedit testamenti factionem de peculio tantum quasi castrensi, & vult ne eorum testamenta querelæ subijciantur. Si enim patronus [d] aduersus castrense peculium quod libertus adquisiuit, non habet bon. possessionem contra tabulas, vt veteribus videtur, quemadmodum non est æquum & præfata peculia quæ peculijs castrensibus adsimilia sunt liberari querela inofficiosi, quandiu sunt in potestate hi qui ea possident & iure singulari testantur. nam si sui iuris effecti testentur de omnibus bonis & super quasi castrensi peculio agi potest querela inofficiosi. quia nec peculium amplius vocatur post emancipationem, sed eandem vim habet quam & ceteræ res emancipati vel alias sui iuris effecti.

a Etiam aduersus fideicommissarium vniuersalem agi potest de inofficioso ac si pro herede possideret hereditatem. nam vt est in lib. de iudiciis, aduersus eum qui possidet pro herede competit petitio hereditatis. Factum autem Constitutionis est tale. Mulier filium sine causa exheredauit & extraneum scripsit heredem eumque rogauit alij hereditatem restituere, & volenti filio agere de inofficioso rescripsit Constitutio quæ sunt in Basilico.

b Didicisti in lib. de iudiciis, eum qui possidet ex causa fideicommissi vniuersalis teneri petitione hereditatis. & quæ ad ius Constitutionis pertinent omnia pleoius tractaotur ibidem.

c Theod. Qui agit de inofficioso, non statim aufert possessionem ab herede scripto, etiam si petierit bon. possessionem litis ordinandæ gratia. Thal. Didicisti in lib. de iudiciis, eum qui vult agere de inofficioso debere petere bon. possessionem, quæ dicitur litis ordinandæ gratia, & ita litigare. Vnde ait Constitutio, quod tametsi quasi acturus de inofficioso petierit bon. possessionem litis ordinandæ gratia, tamen non potest heredibus scriptis possessionem auferre. Sic autem habet κα̉ πόδας vt Basilicum.

d Ideo enim petitur bon. possessio, vt actori in iudicium pateat aditus. nec quantum ad possessionem vllum effectum habet.

e Filius præteritus a matre habet actionem inofficiosi si post factum testamentum natus sit idem ait 15. Const. huius tit. lege lib. 6. tit. 55. Const. 9. vbi ait, recte agi querela contra testamentum auiæ maternæ. Quin etiam mater præterita a filio, recte agit de inofficioso testamento filij, vt est in 17. Constit. huius tit. Et in No. 2. matrem a filio in testamento præteritam vel sine causa exheredatam, habere quædam iura aduersus testamentum eius, videlicet agere de inofficioso.

f Manifestum est igitur esse de inofficioso actionem si filium habuerit in vtero tempore testamenti. & ita vetus contextus Constitutionis habuit, filium susceptum siue natum post testamentum. verum hodie sublatum est suscepti vel nati verbum, & repositum concepti, vt intelligatur, post testamentum conceptum & naturaliter editum, recte queri de matre, & rursus si post testamentum concepto eo moriatur mater in ipso puerperio non esse de inofficioso actionem, quæ tamen esset eo ante testamentum concepto.

g Nam vt filios qui erant in rerum natura dilexit mater & heredes scripsit, ita plane & hunc in lucem editum si potuisset heredem scripsisset. nec est quod de ea queratur quæ in ipso puerperio decessit. nam & tempore testamenti eum non habuit in vtero, vt non possit ei imputari cur eum non scripserit heredem, & cum in lucem editus est, ipsa iam obierat ante. Quod si dicas, eam priusquam prægnans fieret testamento facto eum potuisse heredem scribere qui ex ea nasceretur, dicam absurdum esse sub huiusmodi incerto quod id non fecerit mater accusari eam.

h Pone matrem ex alio viro habuisse alios duos filios, vel pone fuisse emancipatos, vt consistere iudicium possit inter patrem & filios heredes scriptos.

i Si proposuerit vel litem contestatus fuerit, actio de inofficioso transmittitur in heredes. Didicisti in lib. de iudiciis, quemadmodum suum propositum ostendat qui agere vult.

k Theod. Filius qui habet trientem legitimæ portionis, querela non agit. nam &, vt ait 8. Const. huius tit. cum pater bona sua diuidit inter liberos non minus quadrante cuique relinquere debet. alioquin querelæ supponitur. idem ostendit 16. Const. 36. tit huius lib. Præterea sciendum est ex No. 18. hodie non quadrantem esse relinquendum sed trientem si sint quatuor vsque liberi vel semissem si sint supra quatuor. Illud etiam obserua eam Nouellam de diuisione tractantem non definire quid in ea diuisione cuique pater debeat adscribere, sed hoc velle vt diuisioni ipse vel liberi subscribant. Lege autem etiam similem No. 107.

l Nota quale tempus spectari oporteat in æstimatione bonorum testatoris vt filius habeat trientem legitimæ portionis, nisi meritò ingratus iudicetur. nam ingrato, nihil relinquere licet, vt inuenies in 8. dig.

m Etiam nepotes habent querelam contra testamentum aui, si pater eorum sui iuris effectus præmortuus fuerit. Lege 34. Const. huius tit. Idem habetur indistincte lib. 6. tit. 55. Const. 9. de testamento auiæ.

n Thal. Constitutio vocat nepotem ex filio emancipato. quia & ab intestato heres existere potest.

n Nam & si eam actionem habuerit pater, ea non occupauit agere rescissa emancipatione.

o Τὸ κα̉ πόδας. Si heredum Quintini quem patrem tuum esse dicis contra quos de inofficioso acturus eras bona ad fiscum pertinent vel ipsius Quintini bona vt pote vacantia fiscus tenet, causam apud Catholicum agere potest. Calocyri Ducis. Forte non adita hereditate defuncti sunt heredes scripti & peruenit hereditas ad fiscum, vt pote filiis exheredatis & adquiescentibus aut non reminiscentibus atque adeo ignorantibus, vel heredes scripti adita hereditate, sine successore decesserunt & hereditatem vt vacantem fiscus detinet. ac tum filij possunt agere contra fiscum. Lege etiam adnotationem. *Adnotatio*. Existimauit fiscus

Quintini

Quintini filium non esse. alioquin sciens filium superesse venientem ab intestato ob non aditam hereditatem Quintini, non detineret bona, nisi forte existimauit eum nolle se immiscere.

p Ne existimes hanc constitutionem excludere querela eum qui ex sua institutione quadrantem ferre non potest. Obserua enim quot rationibus vtatur. ac primum quidem probabile esse eam non morituram intra xxv. annos, deinde ipsam propius accedentem ad xxv. an. si contingat mori ex fructibus medij temporis ingentia habituram emolumenta. ac præterea vniuersam hereditatem ad eam peruenire posse. quamobrem non agit, sicot ageret si omnino purum fideicommissum esset.

q T h a o d. Etiam post motam inofficiosi querelam, recte agunt de falso & e contrario absque præiudicio etiam si priore iudicio non obtineat. Et generaliter definitur lib. 9. tit. t. Const. t. eum qui habet criminalem & pecuniariam actionem quam vult intendere nec circa alteram sibi quidquam præiudicare. Lege & 16. Const. huius tit. quæ idem dicit de eo qui duas actiones habet. Nec te lateat 3. Const. 31. tit. huius tertij libri. imo illam percurre. quoniam de falso loquitur. id etiam sciendum est quod dicitur lib. 9. tit. 21. Const. 1. eum qui legatum ex testamento cepit posse falsum testamentum dicere. T h a l. Hæc Constiturio multas dirimit quæstiones iurisperitorum. Valde enim quæritur an possit quis duas actiones contra testamentum intendere.

r T h a o o. Qui sine negligentia distulit agere de inofficioso, quinquennio non excluditur. Memineris 2. Const. 40. tit. 2. lib. quæ minorem dicit etiam post quinquennium restitui ad mouendam querelam inofficiosi.

s Primum dixit iniustum esse testamentum, deinde superatus cœpit dicere etiam si iustum sit, non tamen esse factum ex officio pietatis propter exheredationem.

t Nota ex hac Constitutione hanc regulam, Quinquennij præscriptionem non nisi cessantibus obstare. ac multomagis nemini dicimus eam obstare non moranti per negligentiam.

o Præsertim hodie prælata omnibus agnatis, excepto fratre & sorore, quibus cum varié concurrit, vt didicisti in Instit. & inuenies lib. 6.

x T h e o o. Non exheredatur puella quòd nolit a marito discedere. Vnde si ob hanc rem exheredata sit, habet querelam, videlicet si consentientibus parentibus marito iuncta sit. Ait enim 20. Const. huius tit. eam quæ nupsit voluntate matris si ab ea prætereatur ob id quod non discedat a marito, recte agere de inofficioso. Lege 33. Const. huius tit. parentes non distrahere nuptias inuitis liberis. quod significat etiam 4. & 5. & 12. Const. 17. tit. 5. lib. Lege & lib. 6. tit. 21. dig. 5. vbi dicitur, recte filiam patri heredem existere etiam si ab eo sit scripta heres sub conditione, si a marito diuerteret, & non diuerterit. T h a l. Sine filia sit in potestate siue emancipata, nihil refert. nec tamen idem dici potest in matre, in qua hæc distinctio valet vt si ab initio voluntate eius coniuncta sit viro, non videatur matri iustam odij præbere causam volenti eam suum repudiare virum, si vero citra voluntatem eius nupserit & postea ea re cognita velit eam diuertere nec diuertat, iustam videatur causam habere mater, contemptum filiæ, vt inuenies in 20. Const. Sic enim Heros Patricius mentionem harum duarum Constitutionum faciens, specialiter eas interpretatus est.

y Hinc potest quis ex contrario sensu dicere, si nupsit sine voluntate matris, iure eam a matre negligi, vt pote habente iustam irascendi causam.

z. Nemo eorum qui sunt ex transuerso agit de inofficioso præter solum fratrem & sororem, turpibus personis heredibus scriptis vel liberto non bene merito de fratre, videlicet si consanguinei sint. nam vt ait 27. Const. huius tit. vterini fratres non agunt querela. Non datur actio de inofficioso contra necessarium seruum heredem scriptum a fratre.

a Sic didicisti in Instit. & in lib. De iudicijs, neminem eorum qui sunt a latere agere de inofficioso.

b Vt si agant Cornelia de falsis, & falsum arguant.

c Qui testato dicit non habere suos parentes testamenti factionem, ingratus esse intelligitur & non habet querelam. Lege Nouellas, & discito causas ingratitudinis.

d Mater filios suos recte scribit heredes sub conditione, Si emancipentur a patre hoc est marito suo. ideoque nec bon. possessionem secundum tabolas petit pater nec de inofficioso agit eorum nomine, ne lædat eos, sed hoc ipsi sunt facturi post emancipationem. Lege lib. 6. tit 25. dig. 5.

e Vel quod sit dissolutis moribus præditus vel quod filios odio prosequatur vel qua alia iusta causa. Constitutio viam excogitauit qua matres liberorum vtilitati prospicerent.

f Nam etiam si sub conditione heres scriptus, pendente condicione possit petere bon. possessionem secundum tabolas, tamen non aliter cum effectu eam obtinere potest quàm si conditio extiterit. namque deficiente ea, ex euentu appareret eum frustra petijsse bon. possessionem secundum tabulas. Nota etiam heredem scriptum sub conditione casuali, si nihil ex ea lædatur, non agere de inofficioso.

g Etiam si ex minore parte quis filium heredem scripserit, potest pupillariter ei substituere si impubes sit, & non eompetit querela inofficiosi.

h Pone vnum fuisse impuberem. nam si duo fuerint, singulis sufficit sescuncia.

i Igitur etiam si leuissimæ sint causæ infamiæ vel turpitudinis, agitur de inofficioso. & nota

hanc iuris definitiooem. nam valde multas ex hac Constitutione licet coufingere causas, etiamsi leues & renues sint.

k Oneratigitur libettum. namqoe alij omnes si modo turpes non sint, recte heredes scribontur, libertum autem non modo non rurpem esse oportet sed & beue metitum de testatore, & magnis eum beneficiis adfecisse. Denique fingere opottet patronum ipsum a liberto beneficijs adfectum eum heredem scripsisse, adeo vt si alieuus fuetit libertus, multomagis absque vlla distiuctione moueatur aduersus eum querela de inofficioso, secundum ius quod Constitutione priusest. nam Constitutio noua quæ coaogustat fratrum iura in eis obtinet de quibus promulgata est. Omne autem ius nouum, vt in πρώτοις didicimus, in his tantum valet de quibus promulgatum est. Sic igitur & hoc loco strictius accipiemos Constitutiotiis ius, & in alijs omnibus qui hac Constitutione non continentur, vtemnt legibus antiquis.

l Nam vbicumque soluendo non est hereditas, superfluum est fratti permittere actionem de inofficioso. Hoc enim ius debemus potius admittere in hereditate quæ soluendo est, non in omni setuo cum libettate hetede scripro. nam si vt didicimus libro de testamentis, qui serno subsituti sunt ei præferuntut contra seriem testamenti, multomagis frater qui cupit succedere fratri qui soluendo est, setuo præferri debet.

m Thaod. Vt dos ita denatio antenuptias in quadrantem legiomæ pottionis imputatur. Simile lib. 5 tit. 13. Const. 1. & 35. Const. buius tit ait mortis causa donationem imputari in quadrantem necnon inter viuos. si modo ea lege donatum sit vt filio imputetur. Verum non est ignorandnm quod cauetur No. 115. debere filios heredes institur nec satis esse si eis legitima portio telinquatur titulo donationis vel dotis vel legati vel alio modo. Thal. Cum pater dotata filia decessit intestatus, filia ei succedens cum fratribus cogitur cooferre dotem, & ita diuidere. De filio autem pro quo pater dedit donationem ante nuptias non idem erat legibus definitum, verum 17. Const. 20. tit. 6. lib. iubet etiam donationem ante nuptias quam pro filio dedit pater conferri a filio ab intestato succedente patri. Vnde quemadmodum confertur, ita hæc Constitutio vult eam in portionem querelæ de inofficinso computari. Et nota ex collatione sumere formam trienrem querelæ de inofficioso. Ceterum adiecit Constitutio, auia vel ano paterno vel materno, & proauia vel proauo paterno vel materno. quia in his omnino veteribus fuit incognita collatio, sed ex hac Constitutione & quæ ab his data suut dotis causa vel donationis ante nuptias conferuntur & in trientem imputantur.

n Didicisti in lib. de iudicijs, si cui legitima portio relicta sit sub conditione vel dilatione vel alia mora, recte eum agere de inofficioso. Hoc ius abrogans Constitutio melius esse ait impositam condirionem vel dilationem tolli, ne occasione eius omne testamentom infirmetor. Sic aotem habet τὸ κατὰ πόδας. vt est scriptum in Basilico.

o Forte vt accipiat post annos. Et quantum ad portionem legitimam attinet pugnat cum 12. Constit. siue 45. cap. buios tit. quatenus vult eam sine conditione & onete adiudicari. Verum melius est in eius capitis sententia permanete cum interueniant rationes in eo propositæ.

p Vt accipiat legitimam portionem ex fructibus illius fundi. hoe enim non est dilatio perfectè sed mora. nam mora dilatione minus temporis significat.

q Vt accipiat in hoc vt illi donet x. aureos.

r Vt ipsa dispositio moram vel modum introducens tollatnt.

s Addit τὸ κατὰ πόδας, Sed post sententiam. & ait Thalelæus. Si igitot ante sententiam soluere velit, euitat pœnam tertiæ partis, quæ superadditur.

t Thaou. Si mulier odio adducta mariti filios suos prætereat, querelæ supponitur. Lege lib. 5. tit. 4. dig. 11.

u Thaod. Quinquennium quetelæ inofficiosi ab aditione heredis currit & numeratur, idemque ait 36. Const. hnius tit. nisi iusta causa incidat, vt diximus, iuxta 6. Const. huius tit.

x Didicisti in libris de iudicijs quæ præparent querelam inofficiosi.

y Vide vt hæc Constitutio consequentet superiori hetedem compellat ptobate filij ingratitudinem, vt & in 28. Const. ἐν πλάτει dicitur.

z Addit τὸ κατὰ πόδας, post aditam hereditatem. & ait Thalelæos. nota polcherrimam legis definitionem, ex quo rempore computetor quinquennium qnerelæ inofficiosi.

a Theou. Etiam si cui princeps concesserit ius testamenti faciendi forte cum ob causam aliquam testari prohiberetur. Qui accepit a patre res quasdam, si pactus sit se non acturum de inofficioso contra testamentum eius, nihilominus agit, nisi transegerit cum eius heredibus. & hæc quidem secundum ius verus. nam vt diximus, hodie necesse est omnino liberis legitimam portionem relinqui titulo institutionis.

b Caloevri. Nam si filius non exprimat se agnoscere iudicium patris vel se renuntiare repletioni Falcidiæ, nihil ei securitas siue cautio nocet quam exposuit in accipiendo legato nec ex ea heredi præscriptio datur. Idem mihi videtur esse si filius petitioni Falcidiæ renuntiaoerit nec forte adiecerit quidquam de repletione eius. non enim agit quasi non relicta sibi Falcidia, sed quasi non perfectè relicta.

c Caloevri. Tunc habet extraneus heres annum ad adeundum, cum & hereditas in

alia

alia prouincia est. nec agi potest querela cum his qui in alia prouincia domicilium habent.

d Hoc dixit per intensionem. nam si libertus qui est sui iuris hoc priuilegium habet, & quidem solum, vt eius castrense peculium non supponatur bon. possessioni contra tabulas, & multo magis filius qui & aliud priuilegium habet vt castrense peculium non adquirat patri & vt de eo testari possit dum est in potestate patris, & hoc habere debet quamdiu est in potestate ne eius testamentum supponatur querelæ de inofficioso.

TITVLVS II.

Lib. 28. Dig. tit. 3.

De iniusto & rupto & irrito testamento.

PAPIN.

1. INIVSTVM [a] testamentum dicitur quod secun-
dum leges factum non est. Pro nullo autem est id
in quo filius qui fuit in patris potestate præteritus
est. Et ruptum, si factum sit secundum testa-
mentum ex quo heres existere potest vel suus ad-
2. gnascatur. Irritum autem est cum adita heredi-
tas non est. Secundum testamentum imperfe-
ctum non rumpit primum, nisi sit militare vel in eo heres scriptus [b]
3. qui ab intestato succedere potest.

VLPIA. Postumi [c] quocumque loco vel gradu exheredandi sunt ne adgnascentes testamentum rumpant. Postumus autem est qui post mortem patris nascitur vel post factum testamentum in vita eius. Et filius quidem superstes præteritus iniustum testamentum facit, postumus verò rumpit cum nascitur. Si in primo testamento postumum exheredauero, & in secundo præteriero, primum per secundum & secundum per adgnationem postumi rumpitur. Nominatim [d] exheredat qui simpliciter dicit, venter aut postumus [e] exheres esto.

4. IDEM. Si a primò gradu exheredatus sit & a secundo præteritus, secundum tantum gradus rumpit. Et deliberantibus primi gradus heredibus, hereditatem non obtinent qui secundo instituti sunt.

5. IDEM. Si sub conditione heredem scripsero, & postumum præteriero, & nascatur pendente conditione, testamentum rumpit adeo vt nec substituto locus sit. At si post defectum conditionis adscriptæ heredi instituto nascatur, non rumpit institutionem eius. quia irritam eam inuenit. Sed si primum gradum in quo præteritus est cum validum inuenisset ruperit, sequentes etiam rumpit licet ab eis sit exheredatus. Qui enim cæpit rumpere, totum in his quæ sequuntur testamentum infirmat, videlicet quod ad institutiones duntaxat *f*. At filius superstes præteritus a primo gradu & a sequentibus exheredatus, primum dumtaxat infirmat *g*.

a Non iure factum testamentum dicitur quod iure factum diceretur si omnia in eo legitimè facta essent, vt lib. 48. tit. 10. dig. 6. Non iustum verò est in quo superstes filius suus præteritus est vt dig. 3. huius tit. th. 1. CYRILLI. Vitia testamenti hæc sunt, iniustum in quo desunt solemnia legum. Nullum in quo suus præteritus est. Ruptum, si fiat secundum testamentum vel suus ad-

gnaſcatur. Irritum ſi non adeatur hereditas. Præteritione ſui teſtamentum rumpi dixit dig. 30. tit. 2.

b Simile lib.37.tit.4.dig.12. Gaij, & lib.6. Codicis tit. 23. Conſt.21.& lib.3.tit.36. Conſt.26. Quid vero in liberis vſus obtineat, diſces ex Nouella de voluntate.

c Per virilem ſexum deſcendentes, & ait liber τῶν ἐναντιοφανῶν. Differentiam cognationis tollit No.118. vt lib.1.tit.7. dig.23. Quod autem de exheredatione & præteritione dicitur tollit No.115. vt dig.12.& 31. tit. 2. huius libri. Et poſtumos per virilem ſexum deſcendentes nominatim exheredari oportet (Poſtumi autem ſunt & qui in vita teſtatoris poſt teſtamentum naſcuntur) vnde & ante inſtitutionem & inter inſtitutiones vel duos gradus recte exheredantur. & eſt hac in re idem ius poſtumi & ſuperſtitis. At ſuperſtes præteritus irritum prorſus teſtamentum facit, & quod ante factum eſt teſtamentum non rumpitur. Poſtumus verò rumpit teſtamentum ſi naſcatur, & prius teſtamentum rumpitur.

d De ſignificatione articuli, Nominatim, lege tit.2.dig.1. & quæ in eo adnotata ſunt,

e Addit Cyrillus, Si poſtumum dixerit, etiam ſi viuo eo naſcatur, non rumpit.

f Hæc adiectio, quod ad inſtitutiones duntaxat, vt arbitror, a deſcriptoribus appoſita eſt. hæc enim ſententia eſt ex legibus poſterioribus, vel forte etiam βασιλικῶν adiectio eſt fomentum eam ſententiam ex mente poſteriorum legum, quæ ius antiquum confundit & euertit.

g Hæc infirmat No. 115. vt dig. 11.30.31.tit.2.

PAPIN. Si filium meum exheredauero, vxore eius prægnante & pendente conditione heredis inſtituti vel deliberante eo filius deceſſerit, & naſcatur nepos, non rumpit teſtamentum. quia tempore mortis meæ eum præceſſit pater. Sed ſi inſtitutus repudiauerit, nepos fit mihi ſuus heres. quia cum cœpit eſſe locus ſucceſſioni ab inteſtato, nemo eum præceſſit. At ſi captiuus erat filius & ibi deceſſit, nepos [a] teſtamentum rumpit. Ceterum poſt mortem aui conceptus, neque vt ſuus neque vt nepos neque vt cognatus auo heres exiſtit. Siue in ciuitate ſiue apud hoſtes conceptus nepos & præteritus, ſuccedendo rumpit teſtamentum. nam & conceptus apud hoſtes [b] poſtliminium habet. Nepotes [c] heredes ſcripti vel exheredati non rumpunt teſtamentum ſucceſſione, ſi gradus a quo exheredati ſunt valeat. Irritum fit teſtamentum ſi teſtator libertatem amittat, forte captus ab hoſtibus [d], vel ſi capite damnatus [e] ſit. nam ſtatim a ſententia irritum fit teſtamentum. militibus [f] autem damnatis ex militari delicto permittitur iure militari [g]. teſtari, & ſi velint, valet prius teſtamentum. Eius qui deportatur non ſtatim irritum fit teſtamentum, ſed cum princeps factum comprobauerit. tunc enim & capite minuitur. Idem eſt ſi de pœna decurionis vel filij aut nepotis eius præſes principem conſuluerit, licet interim hi carcere contineantur. & ſi ante reſponſum principis deceſſerint, valet teſtamentum eorum, niſi forte conſcientia criminis ſeipſos interemerint [h], non ob morbum vel tædium vitæ vel vt philoſophi. * Hęc vero Conſtitutio etiam in militibus qui ob militare crimen ſeipſos interimunt locum habet, & vel infirmantur teſtamenta eorum vel firma manent vel ab inteſtato [i] cognati eis ſuccedunt vel his deficientibus, legio in qua militant. Si damnati appellauerint, capite non minuuntur. quin & teſtari poſſunt & quod prius fecere teſtamentum irritum non fit. licet præſes eos non receperit vel pro eis appellantes alios, ſed promiſerit ſe relaturum ad principem, quoad reſcripſerit ad relationem eius [k] & libellum rei, pœna differtur, niſi forte ſedandæ magnæ ſeditionis vel qua alia iuſta 6.

causa vel manifestum latronem [l] primum puniri oporteat, & hunc referri ad principem. Quod [m] si quis iniuste damnetur, nondum puniatur, fortè ab incompetente [n] iudice, neque sententia valet, neque testamentum infirmatur. Etiam eorum [o] qui post mortem damnantur testamenta irrita fiunt, vt in crimine maiestatis [p] & similibus. [q] Licet eorum testamenta qui capti sunt ab hostibus irrita fiant, [r] tamen siue redeant iure postliminij, siue ibi decedant, lege confirmantur. Quin & capite damnati & restituti a prinpe, [s] testamentum confirmatur. Testamentum factum a filio familias milite de peculio castrensi, irritum non fit si morte patris vel emancipatione sui iuris fiat.

a Nam qui non reuertitur, videtur eo ipso momento decessisse quo captus est, vt lib. 24. tit. 1. dig. 32. th. 10. & lib. 49. tit. 15. dig. 12. 18. 22.

b Quia filius conceptus apud hostes, habet postliminium, vt dicitur lib. 4. tit. 6. dig. 13. Vlpiani. Hoc vero intelligitur secuodum distinctionem 1. Const. 50. tit. 8. lib. Cod. Lege lib. 1. tit. 5. dig. 26.

c CYRILLI. Nepos succedeodo in locum filij defuncti vel emancipati vel effecti supplicio, non rumpit si heres vel exheres scriptus sit.

d Fit quidem irritum, sed si ibi moriatur coofirmatur, vt in hoc dig. th. penult. & tit. 1. dig. 12.

e Nisi crimen remittatur, vt infra in hoc dig. & tit. t. dig. 13.

f Miles ex militari delicto damnatus, recte desiderat vt sibi testari liceat, & quod fecit testamentum confirmat si id voluerit valere.

g In rebus castrensibus dumtaxat, vt lib. 6. Cod. tit. 21. Coost. 13. Lege & lib. 24. tit. 1. dig. 30. Vlpiaoi, & lib. 29. tit. 1. dig. 11. & lib. 38. & 12. Quæ autem siot militaria delicta, disces ex lib. 49. tit. 16. dig. 6.

h Nam tunc fiscus eis succedit secuodum ea qoæ prodita soot lib. 48. tit. 21. & lib. 49. tit. 14.

i Si miles intestatus tædio vitæ seipsum interemerit, cognati ad eios successionem vocantur, & his deficientibus legiooi datur in rem siue petitio hereditatis.

k Lege lib. 38. tit. 12. & lib. 6. Cod. tit. vlt. Coost. 2. De hac relatiooe & libello agitur 61. tit. 7. lib. Cod. & lib. 49. tit. 1. dig. 1. 22 23. & tit. 4. dig. 1.

l De his lege lib. 49. tit. 1, dig. 16. & lib. 48. tit. 8. dig. 16.

m CYRILLI. Si quem præses illicite puniuerit, veluti decuriooem ad bestias, vel eum qui noo est suæ iurisdictioois, eius testamentum valet.

n Nam ab incompetente iudice dictæ sententiæ, noo valent, vt lib. 7. Codicis tit. 48. Id autem de decuriooe dicitur lib. 9. tit. 47. Coost. 12. & lib. 10. tit. 32. & supra in boe dig.

o De quibus lib. 48. tit. 4. Lege & lib. 1. Codicis tit. 7. Coost. 2.

p Ex solo capite proditioois & coospiratiooit aduersos priocipem. ex his enim causis si ooo purgetur ab beredibus, fiscatur hereditas, vt lib. 48. tit. 4. dig. vlt.

q Vt in apostata dicitur lib. 1. Cod. tit. 7. Coost. 2. Transit etiam ad heredes crimen peculatus & de residuis, quoniam in his de pecunia quæritur, vt lib. 48. tit. 13. dig. 15. Et de falsis, vt lib. 9. Cod. tit. 10. Const. 12. Lege 6. tit. 9. lib. Codicis, & 2. dig. 11 tit. 48. lib.

r CYRILLI. Testamentom captiui vel postlimiminium confirmat vel Cornelia si ibi moriatur.

s Recte dixit a principe. tales eoim prioceps tantum vel Senatus restituit non præsides sed minores circumscriptos dumtaxat & reliqoos.

7.

VLP. Miles iure communi testatus, primo gradu heredem scripsit eum quem solus miles [a] scribere potuit, secundo alium qui & a pagano heres scribi potuit, & impleta militia decessit post annum. Secundus gradus valet, primus irritus fit.

8. IDEM. Et qui per adoptionem [b] factus est filiusf. testamentum rumpit.

9. PAVLI Si filio [c] manente in ciuitate pater captus ab hostibus reuertatur, non rumpitur testamentum.

10. IDEM. Sed neque id filius rumpit qui ab hostibus reuertitur.

11. PAVLI. Si [d] iuxta secundam dispositionem factum testamentum

& signatum a septem vel quinque testibus, inueniatur non scriptura,
primum testamentum valet.

IDEM. Si postumus viuo [e] patre nascatur & decedat, nec tesigna- 12.
tum fuerit testamentum, contra quàm suadeat iuris subtilitas, ex eo
competit bon. possessio, & legata petuntur. Idem & in iniusto [f] &
irrito testamento, herede existente eo qui ab intestato venire potest.
Si secundo testamento cauero vt valeret primum, non ideo minus
rumpitur, at institutiones in ea scriptæ & legata & libertates ex fidei-
commisso competunt.

GAI. Et nepos [g] in sui heredis locum succedendo, rumpit testa- 13.
mentum. ideoque præmuniti eum oportet heredem institutum vel
exheredatum.

PAVLI. Si ita dixero, Siue filius siue filia nascatur exheres esto, 14.
etiamsi vterque nascatur, non rumpitur [h] testamentum.

IAVOLENI. Si capto ab hostibus, [i] in ciuitate filius agnascatur, 15.
rumpitur testamentum.

PAPIN. Si conditio institutionis posita sit in præteritum [k] vel 16.
præsens tempus, & sit vera, prius testamentum rumpitur, sin minus,
non rumpitur, veluti Si petrus Consul fuit vel est. Si verò in futurum
Prætermissum est dig 17. concipiatur etiam si non existat, rumpitur, modò si existere potue-
rint. [l] impossibilis enim [m] conditio pro non scripta est.

SCÆVOLÆ. Si testator heredem institutum adrogauerit, [n] non 18.
rumpitur testamentum.

IDEM. Si ego [o] & Petrus heredes scripti simus, & alij nobis substi- 19.
tuti sint, postumo à sola institutione exheredato, & decesserit vnus ex
heredibus institurus, aut repudiauerit, in totum [p] rumpitur testamen-
tum. Si vero inuicem substituti simus, & vnus decesserit vel repudia-
uerit, alter solidam hereditatem obtinet.

SCÆVOLÆ. Si testator postea ex morbo mente lapsus testa- 20.
mentum perdiderit, [q] non ideo minus qui testamento scripti sunt he-
reditatem obtinebunt.

a Miles & deportatum & alium fere omnem qui non habet testamenti factionem, heredem scribit, vt lib. 29. tit. 1. dig. 13. Paganus vero deportatum non scribit heredem. vt lib. 48. tit. 17. 22. dig. De depotottato a milite herede scripto lege lib. 35. βασιλικῶν tit. 21. c. 13. Lege lib. 29. tit. 7. dig. 8. th. 3.

b Adoptione & adgnatione sui testamentum rumpitur.

c CYRILLI. Si captiuus habens filium in ciuitate reuertatur, eius testamentum non rumpitur. id quoque filius captiuus si redierit non rumpit.

d CYRILLI. Testamentum in quo nihil scriptum est licet signatum sit, nullum est & prius testamentum non rumpit.

e CYRILLI. Postumus quem prætetiui me viuo natus est & decessit. si heres scriptus sit is qui ab intestato vocatur, & ex testamento, vocatur & præstat legata. Idem & in iniusto & irrito hoc dicit propter id quod contra positum est lib. 49. tit. 15. dig. 22. Lege etiam verba 9. dig. testamento. Igitur quod ait, licet iuris scrupulositate 14. tit. eiusdem libri, & 17. dig. huius tit. τῶν ἐναντιοφανῶν. Ergo secundum iuris rigorem est quod dicitur dig. 22. ti. 5. lib. 49. Ait enim, si captiuo postumus in ciuitate nascatur moriatur, & post eum pater in captiuitate, rumpi testamentum eius. Idem enim est & in his qui in ciuitate manserunt. & tit. 14. eiusdem 49. lib. quod etiam si confestim moriatur postumus, rumpitur testamentum, nec valere aut confirmari potest, & lib. 6. Cod. tit. 29. Const. 2. 3. etiam si confestim moriatur voce non emissa vel in manibus obstetricis. Verum qood ad reliqua hoc est in hoc dig. 12. discriminis, quod in eo ponitur viuo patre editus & mortuus.

f Cobidæ. Io iniusto, puta filio superstite prætetito & viuo testarore mortuo. io irrito puta herede scripto eo qui abintestato succedere potest omitteote testameotum atque id ita faciente irritum, & veniente ab intestato, vel testatore capite deminuto, & tempore mortis habente testamenti factionem & saluis testium sigois, vt Inst. 2. tit. 17. Lege & lib. 37. tit. 11. dig. 11. th. 3. & lib. 36. tir. 1. dig. 18. In irrito. Hoc verò ita contigit, Ego ab initio cum nulla lege prohiberer, testamentum scripsi instiuto herede propinquo, postea facto me intestabili testamentum ittitum factum est. nec enim tempore mortis potuit aditi hereditas mea. Verum & ita se habente testamento si is qui heres scriprus est ab inrestato venire potuit eo rempote quo is testari potuit, ex testamento succedit. Viderur enim mihi hoc facere differentiam in vtroque casu videlicet iniusti & irtiti testamenti, quod heres scriptus sir is qui tem ab intestaio obtinere potest. vel forte vttoque casu erat irritum testamentum, quod in eo esset scripta iofamis persona vel quæ alia non habens testamenri factionem, & sobstitutus vnus ex his qui ab intestaro venire possir, & scripto nequeunte adire, prodijt substiturus, vt pore qui & ab intestato adire queat & in ea heredirate præserri.

g Cyrilli. Etiam postumus oepos succedeodo rumpit si heres vel exheres scriptus non sit.

h Lege tit. 2. dig. 19. Et nota exhetedatiooem adiuuari. & lege lib. 37. tit. 9. dig. 1. th. 3. in quo ait, sic concepta exheredatione, Si vnus tantum filius nascatur exheres esto, pluribus natis vel filia, non valere exheredationem. Igitur formæ verborum restaroris diuersitas, dioersum effectum parit.

i Cyrilli. Postumus prætetitus si dum patet est in potestate hostium, nascatur, contino rumpit testamentum, etiamsi priusquam patti succederet decesserit. τῶν ἐναντιοφανῶν, Hoc infirmat No. 115. vt dig. 3. th. 1. & dig. 5. & tit. 2. dig. 12. & 13. & 31.

k Cyrilli. Si ad præsens vel prætetitum rempus referatur conditio si non extiretit, non rumpitur testamentum. si in futurum, rumpitur, siue non extiterit siue impossibilis fuerit: citcumscribitur enim. Lege dig. 6. & tit. 1. dig. 12.

l Non est propriè conditio ea quæ confertor in præsens vel præterirum tempus, vt tit. 7. dig. 10. & lib. 12. tit. 1. dig. 39. Papiniani, & Instit. 3. tit 15. & lib. 35. tir. 1. dig. 17. 19. & lib. 45. tit. 1. dig. 110. Io 10. autem dig. 5. tit. huius lib. in prætetitum non in fututuio collata conditio est.

m Ergo impossibilis conditio non viciat testamentum. quia iostitutio habetur pro pura. Lege 5. dig. 44. 49.

n Si quem heredem scripsi in adoptionem accepero, non rumpitur testamentum. Simile tit. 2. in fioe 23. dig. & dig. 29. Scæuola.

o Cyrilli. A primo gradu postumus exheredatus est, a secundo præteritus, & priusquam nasceretur decessit vnus heredum primo gradu scriptorum, ita vt in locum eius veniret vnus eorum qoi secundo scripti sunt. Natus vtrumque gradum rumpit. ideoque simul adire oportet heredes primi gradus. qnia incertum est an alter eorum repudiarurus sit & ita fiat vt testameotum rumpatur. Quod si non alios, sed eos inuicem substituit, me repudiante, alius in solidum vocatur.

p Lege dig. 5. & tit. 2. dig. 12. & lib. 6. Codicis tit. 28. Const. 1. Nam substirutio præfertur quidem iuri adctescendi, sed inferior est præterito postumo nisi implicita sit iuri adctescendi, vt in reciproca substitutione.

q Si mente lapsus testamentum meum iocidero, noo ideo minus valet. Lege seq. titulum.

FINIS.